**S**ecundum Principia Ecclesiae Catholicae, Regimen Ecclesiasticum à Politico distinctum esse debet, quoniam, si Regimen utrumque in una persona concurreret, nullusque Princeps, qui in suo Territorio summa rerum potestate potitur, alteri subjectus esset, nec Principes tandem omnes uni subessent, unitatem Ecclesiae perpetua uniformitate conservare, ipsi obtentu impossibile videtur.

§. 2.

Cum adeo in Ecclesia Catholica unitatis conservandae gratia, necessarium ducatur, ut personae particularibus Ecclesiis imperantes uni tandem superiori subijciantur, qui summam in Ecclesia habeat potestatem; inde inferunt Pontificii, 1.) Ecclesiam formam Reipublicae habere, maxime quod in Sacris Regno & Civitati comparatur; Statumque propterea 2.) Ecclesiasticum ad normam Politici composuerunt.

Pertinet huc MARCIANTONII DE DOMINIS Tractat. de Republica Ecclesiastica. Eadem quoque Hierarchia dicitur, de qua HALLERIUS scripsit, formataque est ad formam Reipublicae Judaicae & Romanae.

§. 3.

Quemadmodum autem tertium comparationis Ecclesiae cum Regno & Civitate, à S. Scriptura in forma Reipublicae minime constitutum, sicut nec Christus nec Apostoli Ecclesiam plantantes, Civitatem in Civitate erexerunt, nec Jura coactiva in eandem sibi sumserunt; ita apud Protestantes Ecclesia formam Reipublicae non habet; iidemque fidem suam in autoritatem solius S. Scripturae, quemadmodum è contrario Pontificii in autoritatem Pontificis resolvunt, exceptis Gallis, eandem in autoritatem Ecclesiae seu Conciliorum, Ecclesiam repraesentantium, solventibus.

§. 4.

Eaque propter apud Protestantes Ecclesia species Societatum est, quarum plures aliae in Republica dantur: & quidem Societas aequalis, libera, juxta Statum suum primitivum: quia libere Doctrinae Christi nomen dedere, qui primitus illi sese addixerunt, nullusque in alterum Jus habuit: qualis ex. gr. Societas Mercatorum, Doctorum est, in unam Societatem libere coeuntium.

## §. 5.

Quandoquidem itaque sine suprema Potestate seu Majestate nulla est Respublica; nec sine ea juxta Pontificios est Ecclesia; è contrario sicut Societas æqualis & libera seipsam regit, ita tamen ut inspectio suprema Magistratui Politico competat, ne quid in eadem agatur salutis publicæ adversum; ita quoque ex Sententia Protestantium sese res habet cum Ecclesia.

## §. 6.

Unde fluit Jus circa Sacra, & quidem duplex, Collegiale & Majestaticum. *Jus* nimirum *circa Sacra* vocatur, quod versatur circa Ecclesiam & quidem *Collegiale*, quod ipsi Ecclesiæ qua Societati competit, *Majestaticum*, quod summo Imperanti vi supremæ inspectionis in Rempublicam, & Collegia in eadem competit, ne quid in iisdem agatur salutis publicæ adversum.

## §. 7.

Cui consequens 1.) Jus Majestaticum circa Sacra imperando exerceri, 2.) summum Imperantem Jus Collegiale circa Sacra æque minus ac in Secularibus sibi asserere posse absque Conventionione saltem tacita cum Ecclesia, atque sic 3.) Ordinationes Ecclesiasticas, quas vi Juris Collegialis fert, Conventionales esse; adeoque 4.) cum Ecclesia plus Juris in ipsum transferre non poterit, quam ipsa habet, conscientiam nullam inferre posse vim, ferendasque esse 5.) Ecclesia quantum fieri potest, in partes vocata; quemadmodum è contrario 6.) Leges, quas vi Juris Majestatici fert, invitos ac reluctantes cogunt.

Latius de hac distinctione Juris circa Sacra in peculiari *Opusc. Tom. II. Opusc. Observat. IV. egi de Jure circa Sacra Collegiali & Majestatico.*

## §. 8.

Quibus præmissis liquet, Jus circa Sacra Majestaticum partem Majestatis illius esse, ex qua superioritas Territorialis consistit. Quod ergo illud, minime autem Jus circa Sacra Collegiale, Regale sit, quilibet facile perspicit.

Atque de illo intelligendus §. 30. *Artic. V. Instrum. Pac. Osnabrug. de Jure disponens*, quod Statui immediato ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis competit.

## §. 9.

Quando itaque Cæsar Regalia in complexu per Investituram imperitur; etiam Jus circa Sacra Majestaticum sub iis comprehensum est.

Quo

Distinctione inter Jus

Quo ius factum habent  
 HELMIS Landgravius Italia  
 Ober- und Nieder-Österreich  
 röhren, Bernabotti, Beck  
 tzen, Ober- und Nieder-  
 Schöffen, NB. Geistlichen  
 munde quoque FRIDERICUS  
 ALBRECHTUM Fratres,  
 fuit, relictibus Diplomati  
 (pag. 101. & 102.) annexis  
 reges, concessit tamen Jur  
 quod ad Imperium pertinet

Ac proin stabilita  
 ejus comprehendunt qu  
 ter ad illud acquirendu  
 sicut antea Privilegio o  
 sione Pontificis uti, ex  
 Pædo Cæsaris, vel pæ  
 Clero Jus accipiendi  
*Wittliche König herrsch  
 lum est, nec præsentia p*

Par Religiosa dicitur C  
 tus Catholicos ad una, us  
 ab altera Parte, de vicinis  
 impedimento libere ex  
 parte Angultan. Confess  
 tum possidendis, Anno

Absonum videtur, qu  
 Verum Imperii Continuatio  
 socialibus juxta Causas Civ  
 hec cura Clericis incumbere  
 nam totius Constitutionis  
 Pacis Religioz editis L

Ansam huic Paci  
 cul. XVI. nec non inde  
 gata subiecto, & Bon

(e) apud WINKELMANN  
 11. offe 13. (c) 7



Quo jam spectat Instrumentum Investituræ à MAXIMILIANO WILHELMIS Landgraviis Hassiæ Anno 1495. concessæ (a) verbis: Mit ihren Ober- und Nieder-Gerichten, Frey-Stühlen, dem Bann über das Blut zu richten, Gewohnheit, Besitzungen, Eigenschaften, Stiftern, Ebstern, Vogteyen, Oberr- und Niederr-Mannschaften, Herrschaften, Lehen, Lehensschaften, NB. Geistlichen und Weltlichen Zwingen, Bannen, 2c. qua Formula quoque FRIDERICUS Imperator Anno 1475. CHRISTOPHORUM & ALBRECHTUM Fratres, Marggrävios Badenses, eorumque pasteros investivit, testantibus Diplomatum AENEÆ SYLVII Historie FRIDERICI III. (pag. 101. & 103.) annexis. Et licet Imperator de Jure circa Sacra nequidem cogitet, concessio tamen Jure in omnia Collegia Territorii, quin omni eo, quod ad Imperium pertinet, simul quoque concessum est Jus circa Sacra.

§. 10.

Ac proin stabilita superioritate Territoriali sub complexu ejus comprehensum quoque erat Regale Sacrorum; consequenter ad illud acquirendum Dominis Territorialibus non amplius sicut antea Privilegio opus erat; neque ii Jure suo cum exclusione Pontificis usi, eidem injuriam intulerunt, non obstante Pacto Cæsaris, vel præscriptione: nullum enim in Papa nec Clero Jus acceptandi erat, juxta illud Christi præceptum: Die Weltliche Könige herrschen, ihr aber nicht also: quod vero nullum est, nec præscribi potest.

§. 11.

Pax Religiosa dicitur Conventio inter Imperatorem & Status Catholicos ab una, atque Augustanæ Confessioni addictos ab altera Parte, de utriusque Religionis exercitio ab omni vi & impedimento libere exercendo, nec non Bonis Ecclesiasticis à parte Augustan. Confess. addictorum occupatis, quiete in posterum possidendis, Anno 1555. in Comitii Augustanis publicata.

Absonum videtur, quod in Comitii Civilibus de Jure Sacrorum agatur. Verum Imperii Consuetudines docent, tam in Comitii Imperialibus quam Provincialibus juxta Causas Civiles, etiam de rebus Sacris olim actum fuisse, etsi hæc cura Clericis incumbere videatur, à qua Laicos oporteret abstinere. Summam totius Constitutionis habent BLUM. (b) & ANDLER (c) Acta vero Pacis Religiosæ edidit LEHMANN.

§. 12.

Ansam huic Paci dedit Reformatio LUTHERI initio Secul. XVI. nec non inde fluens à quibusdam Statibus Papæ denegata subjectio, & Bonorum Ecclesiasticorum occupatio. Quoniam

Xxxxx 3

niam

(a) apud WINCKELMANN Chron. Hass. part. 5. cap. 4. (b) Tit. 28. num. 12. usque 63. (c) Jurisprud. Publ. lib. 1. tit. 1. part. 2. num. 17.

niam enim bona pleraque, hoc fine Ecclesiae donata fuere, ut Missae celebrarentur, atque Animae ex purgatorio liberarentur, Evangelici putarunt, cessante hoc fine, cessare etiam effectum ejusmodi generis donationum. CAROLUS V. equidem hisce conatibus restitit, Bellumque Schmalcaldicum eo ipso excitavit, iis qui potestati Papali sese subdlexerant, fatale: MAURITIUS vero Electoris Saxon. viribus oppositis cedere tenebatur. Unde post varias Paces 1.) Anno 1526. Spirae 2.) 1531. Norimbergae conditas, tandem Transactio Passavienfis Anno 1552. de abstinendo ab omni vi intuitu Religionis inita: quae vero demum in Comitibus Augustanis Anno 1555. Pax perpetua evasit, confirmata Anno 1566. sub FERDINAND. & MAXIMIL. II.

## §. 13.

Quicquid adeo Libertati Exercitii Religionis Catholicae & Protestantium contrarium, illud Pace Religiosa prohibitum censendum est.

## §. 14.

Per Liberum Religionum Exercitium *Libertas conscientiae* obtinetur. Ergo haec *finis Pacis Religiosae est.*

## §. 15.

Libertati conscientiae contrariaretur, si controversiae circa Religionem obortae aliter quam amabili compositione finirentur; hinc *Artic. XV. Pac. Relig.* cautum: *Solle die streitige Religion nicht anderst, dann durch Christliche, freundliche, friedliche Mittel und Wege zu einhelligem Christ-Menschlichem Verstande und Vergleichung gebracht werden; consequenter, wo solche Vergleichung durch Wege des General-Concilii, National-Versammlung, Colloquien, oder Reichs-Handlungen nicht erfolgen würde, solle alsdann nichts desto weniger dieser Friede-Stand in allen oberzehlten Punkten bis zu endlicher Vergleichung der Religion- und Glaubens-Sachen, bey Kräften, und ein beständiger, beharrlicher, unbedingter, für und für ewig wählender Friede seyn und bleiben.*

## §. 16.

Libero Augustanae Confessioni addictorum Religionis Exercitio contrariatur Jurisdictio Ecclesiastica Pontificis & Cleri Romani. Quoniam autem subortae controversiae amice componerentur (§. 15.); Jurisdictio illa nondum penitus tolli, sed suspendi

*Dispositio...*  
 suspendi poterat. Hinc de  
 Jurisdictione, ubi de  
 VIII, Bestimmung der  
 gen und Ceremonien  
 der Religion rühm, unge  
 Quoniam autem compo  
 illa quoad effectum ab  
 Inde Avror Prop  
 des Reichs: Das zu Begri  
 werden, was im Fall die  
 niten, oder endlich mit get  
 in Sachen beständig in  
 in werden soll.

Ac proin suspen  
 ritiales Augustanae C  
 eadem potestate munit  
 Pontifex & Clerus Roma  
 ritatis suis, quemammod  
 in ipsos habita separata  
 Jus, quod in Papa Jus  
 Diocesanum dicitur; siqu  
 quoscuque beneficiarios,  
 per Animum & Baculum  
 rum, §.) Jus depositio  
 lum, 8.) Jurisdictionem  
 nis Episcopalis, si Ep  
 nullam, atque prece  
 deat, minime autem  
 hancem consecratione  
 Inque illorum singul  
 nitas, utpote quibus eod  
 Territus suis compente  
 nime epa Papali vel Episc  
 inis Territorialis in Pro  
 Territus, sicut de Duch  
 MASS (f) de Comitibus

(f) Cons. Dissert. de Jur  
 (g) de Jur. Papali P  
 cap. 1. §. 11. (h)

suspendi poterat. Hinc *Artic. XX.* cautum: Sollte die Geistliche Jurisdiction, wider die Augspurgische Confessions-Religion, Glauben, Bestellung der Ministerien, Kirchen-Gebrauchen, Ordnungen und Ceremonien, bis zu endlicher Christlichen Vergleichung der Religion ruhen, eingestellt, und suspendiret seyn und bleiben. Quoniam autem compositio ista nunquam speranda, suspensio illa quoad effectum abrogationi æquipollet.

Inde *AUTOR Præjudic. Camer. (fol. 297.)*: Religion-Fried ist auf dem Reichs-Tag zu Regensburg Anno 57. wiederum erneuert, und geordnet worden, daß im Fall die Vergleichung der streitigen Religion sich etwas verweilen, oder endlich nit getroffen würde, derselbig Fried in Religion- und Prophan-Sachen beständig in seinen Kräfften bleiben, und immerwährend gehalten werden soll.

§. 17.

Ac proin suspenso Jure Papali ac Episcopali, Domini Territoriales Augustanæ Confessionis vi Superioritatis Territorialis eadem potestate mutato saltem nomine gaudent, quam antea Pontifex & Clerus Romanus usurpaverunt; consequenter in Territoriis suis, quemadmodum ante Imperator, utpote cujus Jura in ipsos stabilita superioritate Territoriali translata, exercent 1.) Jus, quod in Papa Jus investiendi Episcopos, & in Episcopis Dicesanum dicitur; sicque 2.) Jus confirmandi Prælatos & quoscunque beneficiarios, nec minus 3.) Jura Juri investiendi per Annulum & Baculum annexa; atque adeo 4.) Jus Regalium, 5.) Jus deportus, 6.) Annatarum, 7.) Mensium Papalium, 8.) Jurisdictionem Ecclesiasticam, 9.) Jura Status & dignitatis Episcopalis, si Episcopi fuerint, ita ut v. gr. Titulo *Reverendissimi*, atque præcedentia præ Principibus Secularibus gaudeant, minime autem 10.) eodem in casu Jura ordinis, ob deficientem consecrationem, à quibus eadem dependent.

Inque illorum singulorum Jurium exercitio ipsos quoque tuerentur Concordata, utpote quibus eadem Pontifici concessa, cujus tamen Jura illis in Territoriis suis competant vi superioritatis; adeoque cœu Jura Secularia, minime qua Papalia vel Episcopalia (d). Cæterum à tempore stabilitæ Superioritatis Territorialis in Proverbum abiit: *Duces & Comites esse Papas in suis Territoriis*, sicut de Ducibus Saxonis STRYCK. (e) de Cliviensibus FELTMANN (f) de Comitibus Hollandiæ GROTIUS (g) defendunt: ut & illud: cujus

(d) Conf. *Dissertat. de Jurisdic. Eccles. & Lege Dioces. in Disputat. Basileens.*  
 (e) de *Jure Papali Princip. Evangel. cap. 1. §. 10.* (f) de *Jure in re*  
*cap. 5. §. 11.* (g) de *Aur. Reipubl. Batav. cap. 5.*

cujus est regio, ejus quoque Religionem esse, de cujus origine latius egere SARPUS (b) LONDORP. (i) & PUFFENDORFF (k). Nec non illustrationi deductorum inservit dispositio der *Magdeburgischen Policy-Ordnung* Cap. VI. §. 3. verbis: Wann ein Abt oder Probst, der jedesmahl eine unverheyrathete Person seyn soll, aus dem Mittel des Convents rite und Canonice eligiret, oder postuliret worden, und sonst nichts Erhebliches wider ihn einzuwenden, wollen wir denselben auf vorhergehende, unterthänigste Präsentation des Convents gnädigst bestättigen, bey unserer Magdeburgischen Regierung in Pflicht nehmen, und durch gewisse Commissarios introduciren lassen.

## §. 18.

Protestantes Catholicis & hi vicissim illis per ulteriorem Reformationem menti Pacis Religiosæ contravenisse, & contra eandem plura abstulisse, atque occasione Sacrorum in Politicis multa immutasse dicebantur. Querelæ istæ præter lites de Profanis eo tempore agitatas, velut de violatione Privilegiorum à Bohemis magno pretio à RUDOLPHO II. coëmptorum, aliorumque Jurium Causæ Belli Tricennalis fuere. Pioresque UNIONI EVANGELICÆ & LIGÆ CATHOLICÆ, posteriores motibus Bohemicis ansam dedere, ut adeo & Unio Evangelica & Liga Catholica, motusque Bohemici Causæ Belli Tricennalis dici possint.

## §. 19.

Motus Bohemici contigerunt Anno 1618.; eodẽmque adeo Anno Bellum Tricennale inchoatum fuit.

## §. 20.

Bello isto utramque partem sibi invicem hostilitates intulisse, & loca eripuisse, læsionesque auxisse, res est nota, atque apud omnes pervulgata.

## §. 21.

Quemadmodum Pace Bellum finiri solet; ita in specie Bellum Tricennale Pace Westphalica Anno 1648. inita finitum.

## §. 22.

Ejus Artic. V. Pax Religiosa confirmata, & ulterius declarata est; atque Artic. VII. §. 1. in specie placuit, ut quicquid Juris aut Beneficii cum omnes aliæ Constitutiones Imperii tum Pax Religionis & Publica, hæc Transactio cæteris Catholicis & Augustanæ Confessione addictis Statibus & Subditis tribuunt, id etiam

(b) in *Histor. Concil. Trident. lib. 3.* (i) *Tit. IV. Act. Publ. pag. 240.* (k) de *Reb. Suec. Lib. XVII. §. 108.*

*Distinctionis inter Jus*

id etiam is, qui necesse  
beat, remoro omni impo  
vel indirecte alterius s

Atque adeo v  
rio nostro publica Leg  
Catholica, Evangelica  
rum Religionum sint

Eam et rem tunc  
fencitur: In consuet  
et singulari sit equitatis ex  
huius Imperii et per alios Con  
quoque sit iustitia, violentia  
tem perpetuo prohibita. Mo  
ut namque præterea ceteris  
inductis coalita fuerit, n  
sua quam concordia prior

Ex receptione illa  
porro sequitur, quod i  
proia Doctrina juris Can  
propere 2.) cujus liber  
sine alio Jurium dispensatio

Eandemque etiam  
cujus Status Ecclesiasticus  
cum omnibus Fructibus  
potestas relicta per §. 1.  
zqualis abrogatur, et  
Confessionis teste Statu  
vati ad Status Ecclesiasti  
(Quibus Artic. V. §. 1.  
identitas Rationis quo  
licorum Praefectos

Cæteroque adeo  
tio Religionis nec i  
cum aliis, si filius m

(l) *Christ. Lib. 2. §. 1.*

id etiam iis, qui inter illos Reformati dicuntur, competere debeat, remoto omni impedimento aut præjudicio, quod directe vel indirecte alterius Sacris afferri possit.

§. 23.

Atque adeo vi hujus Articuli 1.) non solum tres in Imperio nostro publica Lege receptæ tolerandæque sunt Religiones, Catholica, Evangelica, Reformata, sed & 2.) æqualia trium istarum Religionum sint Jura, eaque 3.) quiete à singulis exercenda.

Eam ob rem claris quoque verbis *Instrum. Pac. Osnabrug. Artic. V. §. 1.* sancitur: *In omnibus inter utriusque Religionis Electores Principes, Status omnes & singulos sit æqualitas exacta mutuaque, quatenus formæ Republicæ, Constitutionibus Imperii & præsentis Conventioni conformis est, ita ut quod uni parti justum, alteri quoque sit justum, violentia omni & via facti, ut alias, ita & hic inter utramque partem perpetuo prohibita.* Meritoque Reformati Lutherani æquiparati: ZWINGLI namque præ cæteris & Calvini ingenio illustrata Religio, cum Augustana jamdudum coalita fuisset, nisi in Religionibus compertum foret, esse omnia pertinacia quam concordia præiora, ut ait GROTIUS (*lib. 1. Ann. Belgic. pag. 21.*).

§. 24.

Ex receptione ista tolerantiæ trium dictarum Religionum porro sequitur, quod 1.) Protestantes non sint Hæretici, neque proin Doctrina Juris Canonici de Hæreticis iis applicabilis, ac propterea 2.) cuique liberum sit, Religionem unam cum altera sine ullo Jurium dispendio commutare, multoque magis Statibus.

§. 25.

Eandemque ob causam, ut Reservatum Ecclesiasticum, vi cuius Status Ecclesiasticus mutans Religionem statim munus suum cum omnibus Fructibus deponat, Capituloque alium eligendi potestas relicta per §. 18. *Pac. Relig.* ceu dispositio iniqua & inæqualis abrogaretur, diu quidem tentarunt Status Augustanæ Confessionis teste SLEIDANO (1); sed præter extensionem Reservati ad Status Ecclesiasticos Evangelicæ Religionis in *Instrum. Pac. Osnabrug. Artic. V. §. 15.* nil obtinere potuerunt. Quo in casu identitas Rationis quoque, quoad supremos ordinum Ecclesiasticorum Præfectos statuenda est.

§. 26.

Cæteroquin adeo, si ab illo singulari abstrahamus, mutatio Religionis nec 1.) Jus exhæredandi tribuit Patri, quemadmodum alias, si filius non receptam in Imperio sequitur sectam;

Yyy yy

nec

(1) *Consin. Lib. XXVI. pag. 803.*

nec 2.) à Successione in Feudis excludit, nisi Constitutiones Provinciales requirant, ut Possessor Feudi Religioni dominanti ad dictus sit.

## §. 27.

Nec minus ex æqualitate Jurium exacta concessa sequitur  
 1.) Jus Connubiorum inter Protestantés & Catholicos, ut adeo diversitas Religionum, causa Sponsalia dissolvendi non sit, multoque minus divortii. Ex quo ulterius 2.) Jus Patris fluit, vi Patriæ potestatis liberos in Religione sua educandi; consequenter etiam 3.) Pacta Dotalia desuper condendi, vi quorum v. gr. liberi sexus sceminei matris Sacra sequantur; mediisque 4.) ad istum finem utendi, Baptismo nimirum & informatione; sicque 5.) si in loco, ubi degit, occasio non detur, liberos aliorum transferendi, & in vicinia Pastoribus Augustanæ Confessionis tradendi, ut Sacramento Baptismi initiarentur, Præceptoribusque vicinarum Scholarum, vel etiam domi privatis Præceptoribus eos committendi (*Instrum. Pac. Osnabrug. Artic. V. §. 34.*); ut proin 6.) Catholicis non liceat, liberos Protestantium abducere, & ad mutationem Religionis cogere, Parentibusque præcipere, quo liberos Catholicorum Sacris Scholisque addicant.

## §. 28.

Uterius quoque ex ista Jurium æqualitate exacta derivandum, quod Catholicis Protestantés arcere nequeant, à Mercatorum, opificum aut tribuum communione, ab Hæreditatibus, Legatis, Hospitalibus, distributione Eleemosynarum, Leprosariorum, aliorumque.

Querelas desuper lege apud HENNIGES (m).

## §. 29.

Multo minus itaque publicis Cæmeteriis, honoreve sepulturæ arceantur à Catholicis Protestantés, Hæreticorum indici non inferendi (§. 24.) (*Artic. V. §. 35. Instrum. Pac. Osnabrug.*)

De Litibus, quæ olim desuper agitata, & hodiernum fervent, evolve LONDORP (n).

## §. 30.

Sed & ex conservacione tranquillitatis Instrumento Pacis Osnabrugensi injuncta (§. 23.) collectu facile, quod tam Catholicis

(m) ad *Instrum. Pac. Artic. V. §. 1.*

(n) *Tom. I. pag. 113. Tom. XVI. cap. 11. pag. 71.*

*Distinctioni inter Jus  
 tholici quam Protestantés  
 in juriis immunes esse  
 ubi ob Religionem dicitur  
 Artic. 1. §. 31.  
 Querela de Osnabrug  
 sic Vandeleor. Institutio  
 MEHLFÄHRER'S*

*Extolerantia aut  
 rærum nondum sequi  
 licos aut Reformatos  
 honores & munera a  
 filiv Conventionibus  
 confortibus, negari*

*Jus tolerandi pa  
 qua regione, nec non  
 pendi, dicitur Jus reg*

*Quoniam status p  
 publica vana Collegium  
 Religionem et res judicij d  
 prima inspectio in Remon  
 is reformandi 1.) est quæ  
 inlequenter 2.) regie  
 exerceturque 4.) impera  
 tionem non veratur,  
 tum abest 6.) ut consisten  
 & cogendi ad credenda  
 que proin 7.) Papæ ne  
 contro quemadmodum  
 competat.*

*Jus reformandi in  
 tum Juris Territoriali & Sup  
 religionem trahit ex commu  
 itas fundamentum ejus*

*Posita omnimod*

(\*) *Cont. Tit. Sp. Jur. P.*

tholici quàm Protestantes ab omni inquietudine, factis & verbis injuriolis immunes esse debeant (*Pax. Relig. §. 15. 16.*) ac nulli ob Religionem dispicatur (*Instrum. Pac. Osnabrug. Artic. 1. §. 35.*).

Querelas de Orationibus seditiosis Cleri Pontificii ad populum Augustæ Viendelicor. habitis vid. *Elect. Jur. Publ. Tom. VI. pag. 1005.* scriptisque MEHLFÜHRERI Staats- & Consley Tom. XXIV. pag. 130.

§. 31.

Ex tolerantia autem illa generali trium Religionum memoratarum nondum sequi, ut v. gr. Dominus Lutheranus Catholicos aut Reformatos necessario in Territorium recipere, aut ad honores & munera admittere debeat, ac vice versa, hincque salvis Conventionibus fundamentalibus, ista diversæ Religionis confortibus, negari posse, nemo negabit (o).

§. 32.

Jus tolerandi prohibendive Religionem quandam in aliqua regione, nec non in exercitio Religionis mutationes suscipiendi, dicitur *Jus reformandi*.

§. 33.

Quoniam cætus plurium, qui eandem Religionem in Republica colunt, Collegium in eadem dicendum; igitur tolerantia Religionum est res Judicii & Arbitrii ejus, penes quem est suprema inspectio in Rempublicam, & Collegia in eadem. Hinc Jus reformandi 1.) est pars Juris circa Sacra Majestatici (§. 6.); consequenter 2.) regale; minimeque adeo 3.) spirituale quid, exerceturque 4.) imperando (§. 7.); sicque 5.) circa ipsam Religionem non versatur, sed tantum circa tolerantiam ejus, tantum abest 6.) ut consisteret in Jure novæ introducendi dogmata, & cogendi ad credenda agenda in eorum conformitate; neque proin 7.) Papæ neque Clero Romano sed 8.) in Imperio nostro quemadmodum Cæsari, ita Dominis Territorialibus competit.

Jus reformandi in *Instrum. Pac. Osnabrug. Artic. V. §. 30.* conjungitur, cum Jure Territoriali & Superioritatis, quia ex eo fluit, eandemque idcirco originem trahit ex communi per totum Imperium hæctenus usitata Praxi; ut adeo fundamentum ejus non tam in hac, quàm in illo quærendum sit.

§. 34.

Posita omnimoda in regione tolerantia Religionum Jus reformandi

Y y y y 2

for-

(o) Conf. *Tit. Spec. Jur. Publ. Roman. German. lib. 3. cap. 6. §. 46.*

formandi amplius exerceri non posse, ex ipsa ejus notione patet. Ergo nec exerceri potest, quousque aliqualis tolerantia sese extendit. In Imperio nostro non omnimoda sed aliqualis tantum obtinet Religionum tolerantia, Catholicis tolerantia Religionum diversarum penitus refragantibus. Quousque ergo in Imperio nostro Jus reformandi exerceri possit, exin dijudicandum, quousque aliqualis ista Religionum tolerantia sese extendit; eademque adeo exercitio illius limites ponit.

## §. 35.

Regula juxta quam Libertas Religionis in Imperio nostro dimetienda, est tolerantia Anni 1624., ita ut observantia in quacunque hujus Anni parte, possessiove & vel unius actus Religionis seu trium istarum Religionum, Catholicæ, Lutheranae & Reformatae exercitii publici privative maneat, manuteneaturque. Qui *Annus* propterea *decretorius*, *regulativus*, *normalis* dicitur, & in *Pace Westphalica* ceu *Lege publica* §. 31. positus, quoniam de omnimoda & perpetua tolerantia conveniri non potuit.

Catholicis placuisset Annus 1618., Protestantibus Annus 1630. ob majorem ejusque istis in Annis Possessionem Jurisque reformandi progressum. Tandem ergo Transactione placuit medium, quo prodiit Annus 1624. Quem admodum autem vulgò ajunt, omnem Regulam habere Exceptionem, ita & hæc quoad quosdam Exceptionem suam patitur, utpote qui restituuntur juxta Regulam Anni 1618., sicuti hic Annus tanquam terminus Restitutionis in Palatinatu diserte exprimitur *Artic. IV. §. 10.* (conf. *dict. Artic. §. 6. 13. 22. 24. 26. & seqq.*)

## §. 36.

Quibus ita constitutis liquet, 1.) Superioritatem Territorialem Jus reformandi quidem sub se comprehendere, sed juxta Regulam Pacis Westphalicæ, nisi nimirum obtent Annus decretorius, vel alia Pacta, quæ in vigore sunt; eandemque adeo 2.) Jus reformandi limitare, simul tamen 3.) Jus reformandi Dominorum Territorialium Augustanae Confessionis confirmare, & quidem contra Exceptiones ac Disputationes Pontificis & Cleri Pontificii, quibus ad ista usque tempora obnoxium erat: siquidem duo erant, qui Jus reformandi sibi asserebant, Pontifex cum Clero, & Domini Territoriales.

## §. 37.

Cumque sola possessio attendatur; perinde est, sive eadem longo usu, sive certo Pacto, aut Privilegio & vel personali acquisita

*Distinctioni inter Jus*  
 quibus fuerit, sive Pacto  
 versales, Senecæ, Pr  
 Subditos ratione publi  
 ter non subsistunt,  
 veniunt (§. 31. 32. 33.)  
 Anno 1624. Religio

Unde facile est  
 ligionis exercitium,  
 actibus in diversis Pro  
 vel tolerantia in Anno  
 diversitate variant.

Quo plures Par  
 licet, eo favorabilior e  
 qua optima & felicior  
 provocare, & forum  
 dum eam instruere lice  
 digna est, quam bene Eccl  
 bus annens inde est, q  
 possessio quæcumque Ann  
 anni die, quoad hæc ver  
 §. 23. & 26.)

Ac sic 1.) Bonæ Es  
 tant Archiepiscopus &  
 que quocumque nomine  
 ea seu Catholici, seu Au  
 ni 1624. possederint,  
 hæc possideant (§. 14.  
 mitaria, Fundationes,  
 1624. Catholici restitu  
 unt in Augustanae Con  
 ea sua sint (§. 26.)

Eaque propter  
 stionem in Monasteri  
 men in Temis Prose



quisita fuerit, siue Pacta siue Privilegia deficiant, imo Pacta, Reversales, Sententiæ, Privilegia inter Dominos Territoriales & Subditos ratione publici vel privati Religionis exercitii inita aliter non subsistunt, quam quatenus observantiæ dicti Anni conveniunt (§. 31. 33. *Artic. V.*) utique autem valent Pacta post Anno 1624. Religionis causa, à Subditis cum Dominis inita.

§. 38.

Unde facile est ad intelligendum, quod tam publicum Religionis exercitium, quam privatum pluribus vel paucioribus actibus in diversis Provinciis absolvatur, prout Pacta Privilegia, vel tolerantia in Anno Regulativo vel post eundem pro earum diversitate variant.

§. 39.

Quo plures Partes Anni pro Termino regulativo assumere licet, eo favorabilior est conditio: cum hoc modo ea illius Pars, qua optima & felicior Religionis fors fuit, eligi possit, ut ad eam provocare, & futurum Religionis Exercitium & Statum secundum eam instruere liceat. Religio ipsa vero majori favore digna est, quam bona Ecclesiastica eorumque restitutio cum omnibus annexis. Inde est, quod quoad illam vi §. 31. observetur possessio quacunque Anni 1624. parte, etiam ultima dicti Anni die, quoad hæc vero dies 1. Januarii dicti Anni (conf. §. 23. & 26.).

§. 40.

Ac sic 1.) Bona Ecclesiastica immediata quod attinet, siue sint Archiepiscopatus &c. una cum Reditibus, Pensionibus, aliisque quocunque nomine signatis, seu in urbibus, seu ruri sitis, ea seu Catholici, seu Augustanæ Confessionis Status die 1. Januarii 1624. possederint, omnia & singula - - tranquille & inturbate possideant (§. 14. *dicti Artic.*): Omnia quoque 2.) Monasteria, Fundationes, & Sodalitia mediata, quæ die 1. Januarii 1624. Catholici realiter possederunt, possideant & ipsi similiter, utut in Augustanæ Confessionis Statuum Territoriis & ditionibus ea sita sint (§. 26. *dicti Artic.* junct. §. 47. 48.).

§. 41.

Eaque propter si Anno 1624. nullus Episcopus Jurisdictionem in Monasteriis istis Catholicorum exercuit, eadem tamen in Terris Protestantium dicto Anno Exercitium Catholicæ

lica Religionis retinuerunt, horum in illa Jura in aprico posita sunt. (§. 48. *Artic. V. Instrum. Pac. Osnabrug.*).

BOEHMERUS *Dissertat. pecul.* scripsit de Juribus Statuum in Monasteria Catholicorum.

## §. 42.

Ex paritate rationis igitur in quorum Ecclesiasticorum Bonorum immediatorum Capitulis utriusque Religionis Capitulares & Canonici vigore præfati Termini certo utrinque numero admittuntur, Mensesque Papales id temporis in usu fuerunt, porro quoque, si decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant (§. 20. *dict. Artic. V.*).

Ita Halberstadii Menses Papales tunc temporis in usu non fuerunt. Hinc nec ibi obtinent.

## §. 43.

Quæstio an Statibus Catholicis competat Jurisdictio Ecclesiastica in Subditos Evangelicos Libertatem Religionis tangit, velut in Matrimonialibus, quatenus Sacramentum concernunt, quod Matrimonio inesse Catholici agnoscunt, Evangelici negant; consequenter etiam in materia divortiorum. Atque adeo quæstio ista ad normam Anni decretorii decidenda (§. 35.), ut nempe 1.) Jurisdictio Ecclesiastica Statibus Catholicis velut Episcopo competat, si Subditi Evangelici Anno 1624. eandem agnoverint; consequenter 2.) his ipsis remaneat, si illam eo in Anno non agnovere.

## §. 44.

Quoniam tamen Libertas Conscientiæ tam Pacis Religiosæ quàm Westphalicæ finis fuit (§. 14. 22.); igitur et si Subditi Evangelici Anno 1624. Jurisdictionem Catholicorum in Sacris agnoverint, illi tamen iis in casibus modo dictæ Jurisdictioni subsunt, qui Augustanam Confessionem nullatenus concernunt, modo ipsis ratione Processus, nihil injungatur, Augustanæ Confessioni vel Conscientiæ repugnans (*Instrum. Pac. Osnabrug. Artic. V. §. 48.*).

Hic notes velim sæpius ad Jurisdictionem Ecclesiasticam trahi, quæ minime ad eandem sed Jus Liturgicum pertinent, adeoque in conformitate Jurium de eo disponentium dijudicanda sunt: de quo inferius.

## §. 45.

Quibus præmissis facile patet Clausulam Articuli IV. Pacis Ryswicensis: *Religione Catholica Romana in locis restitutis, in Statu quo nunc est, remanente, contradictionem involvere. Pax enim*

*Dissertations über die  
anm Westphalica pro  
procuratum ex ejus  
CUSXIV. dicitur pro  
Pac. Osnab. turbatus  
exceptione restituitur.*

Anni 1618. & 16  
(§. 35.), concernunt  
qui inter Protestantes  
controversus fuit (§.  
ivus est inter Protest  
candis neque protest

Cemera Imperialis  
nämlichen Territorio  
Renden und Gejelle be  
citionem Comitatus religio

Sententia d. 14.  
Dns Klager, aber  
und des heiligen Rösch  
dieser Special-Lain unter  
nament 1624. Instrum. Pac.  
und dieser Paragraphen auf die  
ni diejenige, in dem Sinne  
schicklich zu verstehen, also die  
gehörige Verbindungen und  
bringen, und dardem ver  
Quez vero dicitur  
msf. lib. 1. cap. 24. 1600.

Vi. Articuli VII. II.  
1648. in Ecclesiasticis  
Legis, ac instar norm  
is unice habeatur.

Sicut igitur supra  
forum verborum intel  
nec etiam ratione præ  
telhantes nuncupantur  
legia, Reverfals de D

(b) Vid. *Acta de Mem.*

enim Westphalica pro fundamento Pacis Ryswicensis posita est, prout statim ex ejus ingressu elucet, & Galliarum Rex LUDOVICUS XIV. diferte promiserat (p). At vero vi *Artic. V. §. 32. Instr. Pac. Osnab.* turbatus contra Statum Anni decretorii statim *sine ulla exceptione* restituatur, Exceptio autem in Pace Ryswicensi statuitur.

§. 46.

Anni 1618. & 1630. ex quibus additis Annus 1624. ortus (§. 35.), concernunt tantum Statum Possessionis in Ecclesiasticis, qui inter Protestantes & Catholicos, minime inter hos inter se controversus fuit (§. 18.). Ergo Annus iste minime regulativus est inter Protestantes, seu iis in Controversiis suis dijudicandis neque prodest neque nocet.

Camera Imperialis in Causa *Frankfurth* contra *Hanau*, die in dem *Hannischen* Territorio gelegene so genannte *Weissen-Frauen-Oster-Güther*, *Renthen* und *Gefälle* betreffend, Quæstionem hanc decidere noluit, sed decisionem Comitibus reliquit, partibusque injunxit, ut de eadem doceant,

*Sententia d. 17. Martii 1695. lata sequentis tenoris:*

Daß Kläger, oder der Herr Beklagte von der Kayserlichen Majestat, und des Heiligen Reichs Stände gebürliche Erläuter- und Erklärung, daß dieser Special-Casus unter der Disposition habitæ Possessionis vel quasi 1. Januarii 1624. *Instrum. Pac. Artic. V. §. quæcumque Monaster. 9.* auch begriffen, und dieser Paragraphus auf die *Augsburgische* Confessions-Berwandte, auch auf dieselige, so von Ihnen reformirt genennet werden, unter sich selbst gleichfalls zu verstehen, also die derentwegen im Jahr 1600. zu *Speyer* angefangene Rechtfertigung und bisherige *Litispending* erloschen seye, beybringen, und alsdann ferner ergehen solle, was Recht ist.

Quæ vero adhucdum expectatur (vid. *DECKHERR. Consultat. Forens. lib. 1. cap. 24. num. 15. seq.*)

§. 47.

Vi *Articuli VII. Instrum. Pac. Osnabrug.* observantia Anni 1648. in Ecclesiasticis inter Protestantes teneat vim perpetuæ Legis, ac instar normæ & regulæ quibuscunque Casibus futuris unice habeatur.

§. 48.

Sicut igitur supra dicta de mutationibus futuris vi expressorum verborum intelligenda sunt; ita & eorum intuitu tantum, nec etiam ratione præteritorum salva maneat Statuum, qui Protestantes nuncupantur, inter se & cum Subditis suis Pacta, Privilegia, Reversales & Dispositiones aliæ (quo pertinet tolerantia

ceu

(p) Vid. *Actes & Memor. des Negociations de la Paix de Ryswick Tom. I.*

ceu dispositio tacita) quibus de Religione ejusque exercitio & inde dependentibus cujusque loci Statibus & Subditis provisum; ut adeo mutationes præteritæ, et si Pactis contrariæ confirmatæ fuerint.

Ita quoque §. 1. dicti Anni disertis verbis de Pactis dispositionibusque aliis tantum loquitur, quibus *hucusque* non olim provisum Statibus Subditisque.

## §. 49.

Cui consequens 1.) falsam esse opinionem illorum, qui statuunt, inter Protestantés in Ecclesiasticis omnia restituenda esse ad Statum Anni 1555. ceu temporis Pacis Religiosæ, quin potius 2.) Jus reformandi ante tempus conditæ Pacis ceu illimitatum considerandum, nec 3.) Annum 1648. absolute, sed respectivé tantum regulativum seu normalem esse in Causis Ecclesiasticis Protestantium inter se.

Ita Historia Ecclesiastica docet Seculi XVI. & circa initium XVII. Reformatos ratione Sacrorum Lutheranorum plura contra Reversales, Pactæ Dispositiones Testamentarias Dominorum immutasse. Quis vero diceret eadem omnia, veluti Tempia, Scholas, Bona Ecclesiastica in Statum pristinum restituenda fuisse? De Jure reformandi ante Pacem conditam illimitato testatur exemplum JOHANNIS Principis Anhaltini, qui Anno 1644. Lutheranorum Religionem professus, vi §. 2. *Artic. VII.* non obstantibus his Pactis, etiam ratione futuri Jure suo reformandi libere utatur. (q).

## §. 50.

Atque sic eorum tantum Dominorum Territorialium Augustanæ Confessionis Jus reformandi per observantiam Anni 1648. limitatur, qui post *Pacem conditam* Religionem mutant, aut per Successionem aliove quovis titulo vel ratione Principatum vel ditiones, aut terram nactus, in qua Augustana Confessio aut Reformata Anno 1648. publico fuit exercitio, minime eorum, qui ante Pacem Westphalicam, cum reali Possessione alicujus ditionis aut Territorii Jus reformandi nacti sunt; multoque minus si ibi in Anno 1648. Exercitium Evangelicæ Religionis diversæ publicum in vigore non fuit: iis enim Jus quæsitum his Pactis minime sublatum.

## §. 51.

Status Controversiæ inter Catholicos & Protestantés de Jure reformandi in eo consistebat, an ad tolerantiam horum illi teneren-

(q) Vid. BECMANNI *Historia des Fürstenthums Anhalt Part. 5. Lib. 3. Cap. 2. §. 3. & 6. & Part. 6. Cap. 14.*

nerentur, nullam præferen-  
tiam. Postquam igitur  
gionum, et tantum ad  
a Protestantibus ac  
Religiones alias quæ  
minis ac Catholicis in  
Anabaptitas & in gen-  
ditos tolerare, vel

HANNIS in A  
tit. Sed ex principio,  
controversiæ tunc temporis  
restrum sequitur. Toleran-  
tiam post longam armatum  
negat, modo Pacta Leges  
tiam, qualis in Hollandia  
runt. Quis vero non vi-  
pandi? Nec obstat toleran-  
tiam, utpote qui ipsi Jus

Cum Superioritas  
prehendat (§. 33); h  
Quoniam tamen regule sp  
que potest is, qui Superio-  
ritatem concessione.

Atque Superioritas  
Imperiales, nec non ii,  
cui Domini secundum Jus  
Jus reformandi compet  
Civibus Imperiali  
bus & Dominis Territo-  
rii Territorialis in controversi-  
sita Dillingensibus & D. B. v  
his sub præterito eodem re-  
§. 29. Superioritatem Terri-  
tialis confirmari, & esse

Esti vero Jus reform-  
ad Possessionem & ob  
(§. 34), eadem tamen quæ  
poruit, ob Dominium

nerentur, nullam prorsus Religionis diversæ defendentes toleran-  
 riam. Postquam igitur ea tandem intuitu trium dictarum Reli-  
 gionum, etsi tantum ad normam Anni 1624. ab illis concessa atque  
 à Protestantibus acceptata fuerit; Jus reformandi isto Anno quoad  
 Religiones alias quascunque suspensum, adeo ut Protestantes æque  
 minus ac Catholici in Territoriis suis Socinianos, Arminianos,  
 Anabaptistas & in genere alios quam tribus istis Religionibus ad-  
 dictos tolerare, vel recipere queant, quam mutuo consensu.

HENNIGES in *Meditat. ad Instrum. Pac.* contrarium quidem sta-  
 tuit. Sed ex principio, quod ipsemet admittit, Instrumento nimirum Pacis  
 controversias tunc temporis inter Catholicos & Protestantes sopitas fuisse, con-  
 trarium sequitur. Tolerantia sane, quam Catholici intuitu trium Religio-  
 num post longam armorum feriem in toto Imperio concessere, ad alias extendi  
 nequit, modo Pacta Legesque publicæ ipsis ferventur. Omnimodam toleran-  
 tiam, qualis in Hollandia viget, Monasterii à nonnullis propositam, rejece-  
 runt. Quis vero non videt Sententia ista HENNIGESII viam ad istam  
 pandi? Nec obstat tolerantia Judæorum: in eam enim Catholici consensu-  
 runt, utpote qui ipsi Judæos tolerant.

§. 52.

Cum superioritas Territorialis Jus reformandi sub se com-  
 prehendat (§. 33.); hoc cuique competit, qui illa gaudet.  
 Quoniam tamen regale speciale est (§. citat.); competere quo-  
 que potest iis, qui Superioritate non gaudent, ex speciali ni-  
 mirum concessione.

§. 53.

Atqui superioritate Territoriali gaudent Civitates & Pagi  
 Imperiales, nec non ii, quibus Territorium oppignoratum est,  
 seu Domini secundum Jura Germanica. Ergo & hisce singulis  
 Jus reformandi competit (§. 29. *Artic. V. Instrum. Pac.*).

Civitatibus Imperialibus occasione Juris reformandi, quod præ aliis  
 Statibus & Dominis Territorialibus exercuerunt, Jus Statuum & Superiorita-  
 tis Territorialis in controversiam à Catholicis, præsertim Patribus Societatis  
 Jesu Dillingensibus & D. BURCHARDO Advocato Coloniensi deductum, qui  
 hoc sub prætextu easdem reformare tentarunt. Contra quæ molimina dicto  
 §. 29. Superioritatem Territorialem & Jus Statuum una cum Jure reformandi  
 ipsis confirmari, è re esse visum.

§. 54.

Etsi vero Jus reformandi Civitatum & Pagorum Imperialium  
 ad Possessionem & observantiam Anni Decretorii adstrictum sit  
 (§. 34.), eadem tamen quoad Territoria oppignorata præscribi non  
 potuit, ob Dominium temporarium, quod Creditoribus pigno-

ratitiis tantum competit, & effectus Dominii Dominis reluentibus competentis plene tollere nequit. Inde est, *quod bis liberum, in bujusmodi terras oppignoratas ad se reversus suæ Religionis exercitium publice introducere, Incolis tamen & Subditis privatum relinquendum sit exercitium Religionis quam sub Dominis pignoratis bujusmodi terrarum amplexi fuerant; consequenter de publico suæ Religionis exercitio inter ipsos & reluentem Dominum transigere teneantur* (§. 27. *Artic. V. Instrum. Pac.*).

## §. 55.

Nobiles immediati superioritate Territoriali equidem destituuntur; attamen quasi superioritate Territoriali gaudent, ac sæpius tantum Jure monetandi destituti, quo tamen etiam non nulli Principes carent, prout etiam ii qui ipsis subsunt, subditi sunt & vocantur, quibus emigrationem injungere possunt. Hinc regale Juris reformandi ipsis sub iisdem supra dictis conditionibus exercendum tam intuitu Feudorum quam Allodiorum concessum, ne præsertim deterius conditionis sint quam Pagi Imperiales (§. 28. *dict. Artic. Instrum. Pac.*).

Pace Religiosa equidem Nobilibus immediatis jam Reformandi Jus concessum. Ab Anno 1555. autem sub variis prætextibus in exercitio illius impediti fuere (vid. LEHMANNI *Acta Pacis Relig.*) maxime ab Archiepiscopo Moguntino, Episcopis Herbipolitano & Bambergensi, quorum in Diocesi Pagi siti, Argumentis potissimum à negata superioritate Territoriali desumptis. Pace itaque Westphalica Jus istud confirmatum, ne amplius de eo dubitari possit. Et quidem assiduæ sollicitationi L. B. WOLFFGANG DE GEMMINGEN *dict. §. 28.* debetur.

## §. 56.

Quemadmodum à Dominio directo ad superioritatem Territorialem nullum est Argumentum: ita nec ad Jus reformandi valet consequentia, etsi Dominus directus, qui in Possessione Religionis cujusdam in Anno 1624. fuit, in eadem manutendendus sit. Id quod etiam de subfeudis valet (§. 42. *dict. Artic. Instrum. Pac.*).

## §. 57.

Sola Criminalis Jurisdictio *Cent & Gericht*, solumque Jus gladii & retentionis neque conjunctim neque divisim superioritatem Territorialem; ergo nec Jus reformandi tribuunt; quæve itaque hoc colore reformationes irrepperunt, Pactisve intrusæ sunt, cassandæ (§. 44. *dict. Artic. V. Instrum. Pac.*).

Sub

Distinctionis inter ju

Sub colore Jurisdictio  
res de Schwarzburg. Mog  
multis in locis concessa pEtsi Annus Dec  
tamen circa Sacra Me  
gendi in extrinsecos  
adeo vi ejus quem  
poteft, ut omnia or  
terandæ turbæ oriatLicet alicubi Ju  
tur, illud tamen Jus  
riam cogendi minime  
quam ut non posside  
mitatur (§. 34. *Artic. A*  
prij essent, salvo tam  
grationem tam necess  
præcipi, quam Domini  
possidentes derivatione pu  
citium Religionis public  
permittere recuset.Emigratio cum om  
pollet. Hinc emigratio  
cia vel precipienda.  
dulum iis, qui ante, re  
post publicam Pacem  
Bona sua concessus, im  
non possent, libertate  
consequenter 3.) re  
ratio id postulat, ad  
aut debita exigenda  
pote quarum loco ip  
Instrum. Pac.). N  
sive coacte emigrant  
noti officii, honest  
idem reverentibus in  
exportatæ plus ayro

Sub colore Jurisdictionis Criminalis multi reformarunt, veluti Comes de Schwarzenberg, Magister Ordinis Teutonici, & præsertim Clerici, qui multis in locis centena gavisi.

§. 58.

Erfi Annus Decretorius Jus reformandi limitet (§. 36.), Jus tamen circa Sacra Majestaticum generale, consequenter Jus dirigendi in extrinsecis penes Dominum Territorii manet; isque adeo vi ejus quemadmodum circa reliqua Collegia prospicere potest, ut omnia ordinate fiant, neve occasione Religionis tollerandæ turbæ oriantur. (§. 6.).

§. 59.

Licet alicubi Jus reformandi Anno Decretorio non limite- tur, illud tamen Jus non possidentes ad Religionem suâ contra- riam cogendi minime involvit (§. 33.); sicque nil reliquum, quam ut non possidentibus vel devotio privata, vel emigratio per- mittatur (§. 34. 36. *Artic. V. Instrum. Pac.*), quamvis homines pro- prii essent, salvo tamen Jure Domini. Ex quo evidens, Emi- grationem tam necessariam quàm voluntariam esse, id est, tam præcipi, quàm Domino invito à Subditis suscipi posse, si non possidentes devotione privata contenti esse nolint, ipsisque Exer- citium Religionis publicum vel privatum Dominus Territorii permittere recuset.

§. 60.

Emigratio cum onere, coactioni quoad effectum fere æqui- pollet. Hinc emigratio sine onere non possidentibus permittenda vel præcipienda. Unde factum, quod 1.) quinquennium indultum iis, qui ante, terminus autem non minor triennio iis, qui post publicatam Pacem Religionem mutarunt, ad vendendum Bona sua concessus, imo 2.) in casum, si bonis conditionibus vendi non possent, liberum relictum fuerit, retentis Bonis, discedere; consequenter 3.) retenta per ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas, vel persequendas lites aut debita exigenda libere & sine literis commeatu adire: ut- pote quarum loco ipsum Instrumentum Pacis est (*dict. §. 36. 37. Instrum. Pac.*). Nec minus inde est 4.) quod sive voluntarie sive coacte emigrantibus nativitatis, ingenuitatis, manumissionis, noti opificii, honestæ vitæ Testimonia non denegentur, aut iidem reversalibus inusitatis vel decimationibus substantiæ secum exportatæ plus æquo extensis non prægraventur, multo minus

Zzzzz 2

spon-

spontaneam suscipientibus emigrationem, servitutis aut alio prætextu impedimentum inferatur (*dict. §. 37.*).

## §. 61.

Quemadmodum autem Religio Jus Civitatis non tollit, ita Jus Domini Territorii, æque ac Dominorum respectu hominum priorum salvum relinquit; consequenter nec impedit, quo minus censum emigrationis, vel detractus emigraturi sicuti alias solvere teneantur.

## §. 62.

Jus *Liturgicum* vocatur Jus disponendi de Liturgia, iisque quæ ad eam peragendam requiruntur.

## §. 63.

Si Religio toleranda; quin tolerandæ quoque sint, quæ tam ad publicum quàm privatam ejus Exercitium seu Liturgiam publicam vel privatam requiruntur, nemo negabit. Unde porro facile intelligitur, quousque Jus reformandi restrictum, nec nisi limitatum Jus Liturgicum competere posse.

## §. 64.

Accidentalia Liturgiæ dicuntur *Adiaphora*.

## §. 65.

Si Religio libera, confirmataque sit per Pacem Westphalicam Libertas Religionis, Judicium circa accidentalia Liturgiæ electiove penes eos sit necesse est, qui Religioni isti addicti sunt. Atque sic nullum est Domini Territorialis circa Adiaphora Jus; consequenter multo minus circa substantialia; nullumque adeo Jus Liturgicum, quam quod Directorium illud generale (§. 6.) involvit; ut proin circa extrinseca, quæ in Religionis Libertatem aliquem influxum habent, nisi ad decus turbasque præcavendas disponere possit, potestasque circa essentialia & accidentalia Liturgiæ radicaliter penes ipsam Ecclesiam, adeoque Jus Liturgicum species Juris circa Sacra Collegialis sit, nisi quatenus potestas illa salva Religionis Libertate exerceri potest, exercendaque, ne quid detrimenti Respublica capiat, & ad impedimenta Liturgiæ removenda. (§. citat.).

## §. 66.

Jus impedimenta Liturgiæ removendi in specie *Advocatiæ Ecclesiasticæ* nomine venit. Unde patet, eandem effectum Juris circa Sacra Majestatici esse (§. 6.); quam ob causam quoque in

oppo-

Dispositio inter Ju

oppositio ad petitionem illud METZONI (Oratio Aliquando, ubi Ecclesiis Advocatorum, & in Ecclesiæ Subditum Homagium à Subditis plura alia, quæ potest

Cui consequens Principi Catholicæ Religionis (Opusc. IV. in salva Religionis dicitur contrariis exerceri potest quoad Religionem publicam capiat: cum ea circa Sacra species in potestatem Principum Religiosorum Liturgiam, vel exco-

le nil disponere, sed nec Augustanæ Concilii exco- ter potest in partes vocari ad Ecclesiam pertinentem, sicut Principi competere; hec- restantes, sicut omnia Sa- ex Legibus ipsis derivan- esse, nisi quatenus præce- & Baptismi, natales f-

Observantia Origine- pure ex Synagoga Judaica

Jam vero Exco- Protestantes universale- duo ex antiquitate & p- imo plurimis in locis- nitentibus, abrogans- que injuste & pertinac- suppleri poterat (§.



oppositione ad pactitiam, Majestatica dicitur. Quo pertinet illud MEIBOMII (*Orat. de Helmst. Opp. Tom. III. pag. 227.*): Aliquando, ubi Ecclesiæ aut Monasteria sita erant in Territoriis Advocatorum, habebant Advocati super Bona Ecclesiastica & in Ecclesiæ Subditos, Jus Territorii, collectandi, sequelæ, Homagium à Subditis exigendi & recipiendi, confiscandi & plura alia, quæ potestas superior Advocatia JCtis vocatur.

§. 67.

Ex quo sequitur, ei, qui alternativè utraque Remedia instituit, injungendum esse, ut unum ex illis eligat.

§. 29.

*Restitutio in integrum contra Conclusum Processuum Appellationis denegatorium peti nequit ex novis, quibus ipsa Sententia à qua impugnatur, sed contra eandem apud Judicem à quo petenda est.* Nova enim, quibus Sententia à qua impugnatur, rationibus illis obmoventur, quæ Judicem ad Sententiam ferendam permoveere. Enimvero de iisdem vel alii non constat, vel alius iisdem obmota non tam bene ponderare potest, ac ipse Judex; consequenter Restitutio in integrum ex istis novis apud eundem petenda.

*Brevius.* Si ex novis Restitutio in integrum contra Conclusum Processuum Appellationis denegatorium petitur, quibus ipsa Sententia à qua impugnatur, perinde est, ac si Restitutio à Judice Superiore contra Sententiam inferioris peteretur. Enimvero Sententia eorum, qui hoc permissum censent, erronea est, (vid. b. Dn. DE LUDOLF in *Systemat. Jur. Camer. Sect. I. §. 13. pag. m. 122.*). Ergo veritas propositionis patet.

§. 30.

Contra Conclusum  
ipso Judio Superiori  
luminos Formam  
malia Appellationis  
riam, vel defertoria  
devolutorum quibus  
gram (§. 12. 13.)  
dubium.

Si post denega  
gram adversus Sen  
possit, reparatur,  
enim Processus Ap  
ad Beneficium Resti  
quatenus eidem App  
vero eidem ab Appel  
tra illud tempus, inter  
gram compet, sicque  
none manente Gravam  
adeo Appellans tacite in  
Remedium Restitutionis in  
competens, regressum fi  
ur, ut, si hæc apud Jud  
cennii adhuc currat.

Si post Processus App  
Restitutio in integrum pet  
sententia computandum, et  
Judice Superiori petita fu  
Processum computandum.  
Beneficium Restitutionis  
in illo tempore in Judic  
non punitur, sicque ab eo  
sententiam ceu agere val  
tate in Judio Superiori  
Conclusum Processum App  
que ipsam Sententiam à qu

§. 30.

*Contra Conclusum Processuum Appellationis denegatorium in ipso Iudicio Superiori Restitutio in integrum peti potest, si nova solummodo Formalia Appellationis respiciunt.* Si enim nova Formalia Appellationis solummodo respiciunt, vel non devolutoriam, vel desertoriam concernunt. Enimvero tam contra non devolutoriam quàm desertoriam locus est Restitutioni in integrum (§. 12. 13.). Ergo circa probandum nemini supererit dubium.

§. 31.

*Si post denegatos Appellationis Processus Restitutio in integrum adversus Sententiam Iudicis inferioris apud ipsummet peti possit, requiritur, ut fatale quadriennii adhuc currat.* Quoniam enim Processus Appellationis denegati supponuntur; idcirco ad Beneficium Restitutionis in integrum non patet Recursus, nisi quatenus eidem Appellatione electa non renunciatum. Enimvero eidem ab Appellante non renunciatum, nisi quatenus intra illud tempus, intra quod Beneficium Restitutionis in integrum competit, sicque intra quadriennium (§. 20.), Appellatione mediante Gravamini illato medela parata fuerit, atque adeo Appellans tacite in eventum, quo spes ista fefellerit, ad Remedium Restitutionis in integrum intra quadriennium simul competens, regressum sibi reservavit. Unde omnino requiritur, ut, si hæc apud Iudicem inferiorem peti possit, fatale quadriennii adhuc currat.

§. 32.

*Si post Processus Appellationis denegatos in Iudicio inferiori Restitutio in integrum petitur, fatale quadriennii à tempore latæ Sententiæ computandum, nisi intra istud fatale eadem ex errore in Iudicio Superiori petita fuerit, quo casu à tempore denegatorum Processuum computandum.* Etenim statim tempore latæ Sententiæ Beneficium Restitutionis in integrum competit; consequenter ab illo tempore in Iudicio inferiori pars condemnata eodem uti potuisset, sicque ab eo ipso tempore præscriptio, seu fatale contra ipsam ceu agere valentem currit, nisi intra istud fatale ex errore in Iudicio Superiori Restitutionem in integrum contra Conclusum Processuum Appellationis denegatorium ex novis, quæ ipsam Sententiam à qua impugnant, petierit, utpote, qui

Kkk kkk

eo ma-

eo magis excusationem meretur, quod non concors Doctorum sit Sententia, num contra Sententiam Judicis inferioris à Judice Superiore Restitutio in integrum peti possit.

## §. 33.

Et quoniam error eo magis excusationem meretur, si petita in Judicio Superiori contra Conclusum Processuum Appellationis denegatorium Restitutio in integrum non statim rejecta, sed suspensa, eoque tacite ab initio admissa, posteaque demum, quam ex novis ipsam Sententiam à qua impugnantibus petita apparuit, denegata fuerit; ideo tum multo magis fatale à tempore denegatorum Processuum computandum.

## §. 34.

*Si Restitutio in integrum contra Conclusum Processuum Appellationis denegatorium in Judicio Superiori petita, & desuper Judici inferiori Extractus Protocolli rerum exhibitaram intimatus, eidem statim manus ligatae sunt, ita ut ulterius ad executionem Sententiae progredi nequeat.* Sufficit enim, quod fieri possit, ut contra Conclusum Processuum Appellationis denegatorium in Judicio Superiori petita Restitutio in integrum admittatur (§. 30.): ita enim, si admitteretur, executione Sententiae notorius Restitutionis in integrum effectus suspensivus (§. 14.) impediretur. Quod omnino impediatur necesse est, quo minus Judex inferior post dictam intimationem ad executionem Sententiae progredi possit.

## §. 35.

*Si Restitutio in integrum contra Conclusum Processuum Appellationis denegatorium petita, Judex vero post intimatum Extractum Protocollo rerum exhibitaram ulterius ad Executionem Sententiae progreditur, attentata commississe dicendus, etsi petita Restitutio in integrum denegata fuisset.* Sufficit enim, quod petita Restitutio in integrum admitti potuerit (§. 30.): ita jam ulterius ad executionem Sententiae progrediendo Judex inferior in præjudicium Litis coram Superiore Judice introductae quid fecit, etsi petita Restitutio in integrum denegata fuerit. At vero *Attentatum* omne id dicitur, quod Judex inferior facit in præjudicium Litis coram Judice Superiore introductae. Unde elucet, quod erat probandum.

Confirmat hoc Conclusum Judicii Imperialis Aulici d. 12. Augusti 1735. in *Causa Leodiensi Constant* contra *Wadcleux & Confortes*, sequens: Imò.) petita

Processus Judicii  
tate Restituti in  
Processum Appellati  
Leodiensi, restituti  
me expolite, qu  
eidem Causa int  
tam Appellationem  
consequenter incurrit  
postminorum antec  
petiti Aulico exhibita  
pellente contra Conclu  
petiti, interpositam Rest  
Restituti eadem, pu  
licent, praeerea  
currant, quae non le  
nem Argumentum pe  
& Conventions Pra  
circo Sacr. Caes. Maj  
lis, nec non desuper  
Sui Ordinarii) Di Ep  
filium futurum h  
villimam indagati  
vero velle, ar  
principali executi  
leux & Confortes  
negavit, Sententiam  
nem Arrensata à Fiscal  
ter, quid de sequenti  
lenendum sit: §. 31.  
weden. Concept. Ord  
§. 32. Unde ut  
deturbell's inne gehalt  
§. 33. Wann  
weden, nicht aber, wann  
Si Restitutio in  
pellationis denegator  
notis, qua Sentent  
Johann deneganda, se  
viam Revocatoriam r

titæ Restitutioni in integrum non est locus, sed inhæretur priori Concluso Processuum Appellationis denegatorio. 2dò.) Hoc notificetur D. Episcopo Leodiensi, rescribaturque Eidem, Sacr. Cæsar. Majestat. Appellantem humillimè exposuissè, quatenus ad Instantiam Advocati Fiscalis Consilii Sui Ordinarii eidem Citatio insinuata fuerit, ad videndum se declarari per suam interpositam Appellationem contravenisse Privilegiis Cæsareis de non appellando, & consequenter incurrisse pœnas & multas in iisdem comminatas. Verum cum post intimatum antefato Fiscali Extractum Protocollarem rerum in Consilio Imperiali Aulico exhibitarum d. præsentat. 20. Novembris 1734. nec non ab Appellante contra Conclusum Appellationis denegatorium apud Sacr. Cæsar. Majestat. interpositam Restitutionem in integrum non expectata ulteriori Cæsarea Resolutione eidem, prout & Consilio suo Ordinario in Cauſa progredi haud licerit, prætereaque quoque in Actis non una, sed plures circumstantiæ occurrant, quæ non leve Appellanti in ordine ad elidendam Fiscalis intentionem Argumentum præbere, eundemque ab inculpato reatu temerarii litigii & Contraventionis Privilegiorum Cæsareorum in hac Cauſa excusare valent, idcirco Sacr. Cæsar. Majestat. (prævia cassatione nulliter instituta Actionis Fiscalis, nec non desuper incompetenter plane secularum Ordinationum Consilii Sui Ordinarii) D. Episcopum clementissimè jubere, ut Fiscalem, nec non Consilium suum serio hortetur, ne ulterius similibus Attentatorum, quibus gravissimam indignationem incurrere possent, se participes reddant, de reliquo vero velle, ut Scabinorum Leodiensium Sententia de 21. Julii 1731. in Cauſa principali executioni demandetur. Hoc itaque in casu *Constant* contra *Wadeleux* & Confortes interposuit Remediùm Restitutionis in integrum contra denegatos Processus Appellationis, cujus Remedii interpositionem prædictus *Constant* Consilio Ordinario legitimè insinuari curavit. Hoc vero non obstante Consilium Ordinarium ad executionem progressum est. Cum vero desuper Implorans *Constant* apud Augustissimum Consilium Imperiale conquestus fuerit, Sacr. Cæsar. Majestat. quidem Beneficium Restitutionis Imploranti *Constant* denegavit, Sententiamque Scabinatus Leodiensis executioni mandavit, simul tamen Attentata à Fiscali Leodiensi commissa revocari jussit. Ex quo per se patet, quid de sequentibus Perillustri Dni. DEMOSER positionibus citat. loc. sentiendum sit: §. 31. In Restitutions - Sachen solle schleunig verfahren werden. *Concept. Ordinat. Camer. loc. citat. §. 2.*

§. 32. Und wird indessen mit Execution des ergangenen Bescheids oder Urtheils inne gehalten, argum. *Concept. Ordinat. Camer. loc. citat. princ.*

§. 33. Wann nemlich das Restitutions - Gesuch bereits angenommen worden, nicht aber, wann man nur vorgiebt, man wolle erst Restitution suchen.

§. 36.

*Si Restitutio in integrum contra Conclusum Processuum Appellationis denegatorium petita, nec statim rejecta, postea vero ex novis, quæ Sententiam à qua impugnant, petita apparet, illa non solum deneganda, sed etiam forsitan emissum Rescriptum Attentatorum Revocatorium rescindendum est.* Quoniam enim Restitutio

in integrum contra Conclufum Proceffum Appellationis denegatorium ex novis, quæ ipsam Sententiam à qua impugnant, petita fupponitur, eademque in Iudicio Superiori non admittitur (§. 29.); idcirco iftiusmodi Refcriptum Attentatorum Revocatorium pro sub- & obreptitiè impetrato habendum est. Quod cum non fuffifiat, *per vulgata*; evidens est, quod non fufficiat, iftiusmodi petitam Reftitutionem in integrum denegare, fed infuper etiam refcindendum fit emiffum forfan Attentatorum Revocatorium Refcriptum.

## §. 37.

*Si denegata Reftitutione in integrum contra Conclufum Proceffum Appellationis denegatorium Refcriptum Attentatorum Revocatorium refcifsum, nihilominus Iudex inferior ad executionem Sententiæ progredi nequit, fi pars Reftitutionem in integrum apud ipsum adhuc petere, & Argumenta relevantia afferre velit, nifi Remedium Reftitutionis in integrum in Iudicio ipfius effectû fufpenfivo deftitutum effet.* Si enim id adhuc obtinet, effectus fufpenfivus Reftitutionis in integrum non impediendus est. Quin autem per Sententiæ & vel pro parte executionem impediatur, nemo dubitabit. At vero fieri potest; ut alicubi Remedii Reftitutionis in integrum non fit effectus fufpenfivus. Ergo veritas propofitionis in aprico jacet.

Ita in Cauſa Leodiensî *Houbart* Vidua contra Advocatum *Collardin* & Confortes, à Sententia Confilii Ordinarii Leodiensî d. d. 24. Martii 1738. ad Confilium Imperiale Aulicum Appellatio interpoſita fuit, in eadem vero d. 28. Julii 1740. Conclufum: imò.) denegantur petiti Appellationis Proceffus, 2dò.) notificetur per Refcriptum Iudici à quo. Contra hoc Conclufum Appellationis denegatorium Vidua *Houbart* apud Iudicium Vicariale Rhenanum die 24. Martii 1741. Reftitutionem in integrum petiit, & pronunciatum d. 16. Junii ejuſd. An. Sufpenſa Refolutione ad petitum principale injungatur Mandatario partis impetrantis, ut ante omnia Acta in Exceſſo Confilio Imperiali Aulico fuper hac Cauſa ventilata, una cum Sententia à qua, Pactis Dotalibus, Nuptialibus dictæ Viduæ *Houbart*, & Teſtamento defuncti Mariti *Nicolai Houbart* è ſeriniis privatis producat, infimulque Mandatum ſpeciale à præfata Vidua *Houbart*, ejuſque Advocato Cauſæ ad jurandum, Inſtrumentum noviter repertum ipſis antea fuiſſe incognitum, exhibeat, quo factò ulterius pronuncietur, quod Juris. Cum itaque poſtea in Confilio Imperiali Aulico Vidua *Houbart* conquereretur, quod Confilium ordinarium non attento interpoſito Remedio Reftitutionis in integrum Sententiam ſuam executioni daret, Refcriptum Cæſareum ſequens emanavit d. 11. Junii 1742. cum incluſione Exhibiti d. præſentat. 22. Maji 1742. reſcribatur Confilio Ordinario Leodiensî, Sacr. Cæſar. Majeſtat. ex eodem abunde perſpexiſſe, Viduam *Houbart* adver-

adverſa Conclufum Im  
Julii 1738. eorum V  
denique ab hoc negotio  
eodem Confilio ordi  
expectata ulteriori r  
locuti, licet ſero Ser  
num hoc in Cauſa con  
deur quamprimum r  
graviffimam indignat  
ne hoc in Cauſa in  
Beneficii Reſtitutioni  
vero d. 2. Maji 174  
Refcripto d. 11. Jun  
hoc in Iudicio Sup  
torum d. 28. Julii  
notificatione relin  
bere, ut, quando pe  
ipſo interpoſiti, r  
denegetur. Pacta  
& expoſitionem fini  
2. Maji c. a applicat  
ſuis præſentat, pro cle  
Leodiensî, de non in  
Beneficii Reſtitutionis a  
gendo hoc Beneficio plen  
onus quoque Antientis  
indignatione arreſtando  
Exhibitorum d. preſent  
dinario Leodiensî, ex  
*Houbart*, cum Advoc  
Cæſar. Majeſtat. hinc  
Cum itaque in Suppre  
abus vi Reſcripti d.  
evidemque injunctum  
intra tempus leges e  
ta adduxerit, illud  
velle, & præcipere  
Cæſarem, nec excepi  
nii jura Leodiensî

Si Reſtitu  
Reſtitutionis Or  
Reſtitutio in in  
tallibus petitur



adversus Conclusum Imperiale Aulicum Processuum denegatorium de dato 28. Julii 1738. coram Vicariatu Rhenensi Restitutionem in integrum petiisse, eandemque ab hoc nequidem denegatam, sed tantum vi Conclusi d. 16. Junii 1741. eidem Consilio ordinario rite insinuati suspensam, nihilominus vero idem non expectata ulteriori resolutione in Causa progressum fuisse. Quod cum non licuerit, idcirco Sac. Cæsar. Majest. prævia cassatione quorumvis Attentatorum hac in Causa commissorum jubere, ut dictum Consilium ordinarium eadem quamprimum revocet, serioque hortari, ne ulterius similibus, quibus gravissimam indignationem Cæsaream incurrere posset, sese particeps reddat, nec hac in Causa in specie, antequam de admissione vel denegatione quæsitæ Beneficii Restitutionis decisum fuerit, ulterius attentare audeat. Verum enimvero d. 2. Maji 1742. Conclusum sequens infecurum: Imò.) rescisso ultimo Rescripto d. 11. Junii a. p. ceu sub - & obreptitiè impetrato denegatur jam hoc in Judicio Supremo contra Conclusum Processuum Appellationis denegatorium d. 28. Julii 1740. petita Restitutio in integrum. 2dò.) Cum hujus notificatione rescribatur Judicio à quo, Sac. Cæsar. Majest. clementissimè jubere, ut, quando pars implorans dictum Remedium intra tempus legale coram ipso interposuerit, ibidemque Argumenta relevantia adduxerit, illud ipsi non denegetur. Postea temporis Vidua *Houbart* humillimam produxit querelam, & expositionem sinistri sensus à parte adversa ultimo Concluso Cæsareo die 2. Maji e. a. applicati, indeque metuendorum iteratorum Attentatorum, junctis precibus, pro clementissimè ferendo Rescripto ad Consilium Ordinarium Leodiense, de non implorantem Viduam sub prætextu lapsorum Fatalium à Beneficio Restitutionis arcendo, & interea, donec de admittendo, vel denegando hoc Beneficio plenariè constiterit, singula in statu quo relinquendo, ante omnia quoque Attentata revocando, nec quicquam deinceps sub gravissima indignatione attentando; Et Conclusum d. 20. Augusti 1742. cum inclusione Exhibitorum d. præsentat. 17. Junii, & 8. Julii nup. rescribatur Consilio Ordinario Leodiensi, ex iisdem uberius perspiciendum esse, quid tum Vidua *Houbart*, tum Advocatus *Collardin* in Causa inter eosdem agitata, apud Sac. Cæsar. Majest. humillimè exposuerit, quidque decerni submisit petierint. Cum itaque in Supremo Judicio interposita Restitutio ex causis plane singularibus vi Rescripti d. 2. Maji nup. diserte ad Consilium Ordinarium remissa, eidemque injunctum fuerit, ut quando pars implorans dictum Remedium intra tempus legale coram ipso interposuerit, ibidemque Argumenta relevantia adduxerit, illud ipsi non denegetur; idcirco Sac. Cæsar. Majest. serio velle, & præcipere, ut memoratam Viduam contra prædictum Rescriptum Cæsareum, nec exequendo taxatas Expensas, nec quoad effectum suspensivum, nisi Jura Leodiensia in uno vel altero id aliter statuerent, graver.

§. 38.

*Si Restitutio in integrum contra Sententiam petita, Causa Restitutionis Ordinario Processu tractanda est.* Quoniam enim Restitutio in integrum ex Argumentis novis & quidem in factotalibus petitur (§. 6.) atque pro parte adversa Sententia, contra

quam Restitutio in integrum petitur, militat; igitur illa super Argumentis istis non levato velo, sed Juris ordine servato audienda est. Quod cum in Processu ordinario obtineat; liquet, causam Restitutionis ordinario Processu tractandam esse.

## §. 39.

Unde statim intelligitur, quod imò.) Libellus Restitutorius communicandus, 2dò.) si eodem communicato pro alio Terminò ad excipiendum supplicetur, is sub comminatione Litis alias pro contestata, & Libelli pro confessato acceptandi dandus sit.

Ita in *Causa Holsstein. Pflönische Succession betreffend*, in specie *Herr Herzog Friederich Carl* contra die in Libello Restitutorio benahmte *Rechtswisliche Creditores* d. 4. Julii 1742. imò.) Ponantur Mandata Procuratoria specialia ad Acta. 2dò.) Injungatur Mandatario *zuförderst das Juramentum Restitutionis in integrum abzulegen, und sich diesfalls behörigen Orths anzumelden, quo præstato 3tò.)* communicetur Libellus Restitutorius una cum Exhibito 5. præsentat. *heiterno denen sämtlichen in Actis benannten Creditoribus cum Termin. 2. Mens. Porro in eadem Causa d. 28. Aprilis 1742. Conclusum: imò.)* detur *denen Impetratis Neumann und Juden Isaac* petitus Termin. 2. Mens. ad excipiendum sub pœna Litis alias in contumaciam pro contestata, & Libelli pro confessato acceptandi. 2dò.) Injungatur *gebettener maßen dem Juden Wolff Wertheimer* einen Mandatarium alhier ad Acta in Termin. 2. Mens. zu bestellen, damit ihm alsdann die *Infinuatio Libelli Restitutorii* geschehen könne.

## §. 40.

Si circumstantiæ facti ita in obscuro latent, ut adjudicari nequeat, utrum petita Restitutio in integrum admitti, an vero denegari debeat, easdem antea in apricum producendas, compositionemque amicabilem tentandam esse, nemo ibit inficias. Quodque eo melius sit, quo citius id fieri potest, non minus liquet. Sed vero citius amicabiliter coram Commissione Aulica in singulas facti circumstantias inquiri potest, quam mediante Processu: quod nemo non concedit, simulque amicabilem compositionem tentari posse, per se patet. Quoniam vero utrumque deficere potest, ideo Processus, & Jus utriusque Partis in salvo manere debent. Unde jam intelligitur, cur *eo in casu Commissio Aulica ex Officio salvo Processu & Jure utriusque Partis decernatur.*

## §. 41.

Quoniam itaque decreta Commissione Aulica Processus cesset, donec de frustraneo illius eventu constiterit; intellectu facile

Processus  
facile est, quod si  
decernatur, id ali  
eo paratus coram  
meque adeo

Ita observat  
9. Novembris 1742  
salvo Processu & Jure  
die hende Plebis. In  
letzlich dahin, um  
johat confirmiren  
Güte bescheiden zu  
unlängere Punkte un  
zu dem Ende a.)  
angegeben wird, in  
und beehrig zu  
sämtliche Exhibita  
referirte bey der  
erscheinen können.  
N., daß er mit  
an ihm abthun  
festigen Bestimmung

OBSER

Illa exemplaris: C

Prædictum esse.

O

rotius Operis

natores dicit

ruru perillitari,

Relationem suscipi

Typum hic adju

ELENC

Com

Com

Dom

facile est, quod si hinc inde Exhibitorum communicatio simul decernatur, id alium in finem non fiat, quam ut utraque Pars eo paratius coram Commissione Aulica comparere possit, minimeque adeo refutatoria Exhibita in Iudicio proferre liceat.

Ita observatum in *Causa Edwische Stiftung* betreffend, *Transact.* die 9. Novembris 1742. *Abfolvitur Relatio & Conclusum*: 1.) Fiat ex officio salvo Processu & Jure utriusque Partis eine *Kayserliche Hof-Commission*, wozu die beyde *Reichs- Hof- Rätthe N. N.* pro *Commissariis* ernennet werden, jedoch lediglich dahin, um den Anno 1732. errichteten, und von *Kayserlicher Majestät* confirmirten Vergleich zu seiner *Rechts- beständigen Erfüllung* in der *Güte* befördern zu helfen, auch die in *Actis* vorgekommene, aber noch ganz unlaunere *Puncta* und *Umstände* in das *Klare* und in *Richtigkeit* zu bringen, zu dem Ende 2.) *sämtlichen* bey *erwehntem Vergleich* interessirten *Partheyen* aufgegeben wird, ihre *Mandatarios* in *Termin. 2. Mens.* zu bevollmächtigen, und *behörig* zu instruiren, 3.) *communicentur* utrique *Parti* hinc inde die *sämtliche Exhibita*, jedoch auch lediglich aus der *Absicht*, daß beyderseits *Interessirte* bey der *angeordneten Kayserlichen Hof- Commission* desto *gefaßer* erscheinen können. 4.) *Cum horum notificatione* rescribatur *Magistratui* zu *N.*, daß er mit *Vollziehung* derer *unterm 25ten Maji*, und *9ten Augusti a. c.* an ihn *erlassenen Allerhöchsten Kayserlichen Rescripten*, bis zu *weiterer Kayserlichen Verordnung* ansehen solle.

## OBSERVATIO CCCCXXXVII.

*Idea exemplaris Conspectus Relationis Cameralis pro Statu.*

Optandum esset, ut cuius Relationi pro Statu Conspectus totius Operis præmitteretur, atque inter Dominos Examinatores distribueretur, quoniam sic tenor uno quasi obtutu perillustrari, sicque labor Examinis specialis, quod juxta Relationem suscipitur, facilius exantlari posset. Quem in finem Typum hic adjungere, Operæ pretium erit.

### ELENCHUS sive CONSPECTUS SUMMARIUS

Totius Relationis pro Statu

In Causa

Communitatis & Pagi Massenbach

Contra

Dominos suos Barones de Massenbach.

Mandatorum,

1mi. De redintegrando cum omni Causa &  
Expensis Spolium C. C.

2di. De

2di. *De redintegranda Possessione Juris  
Lignandi C. G.*

*In Introitu.*

1. Prævia allocutione confucta
2. Et Nominatione Partium,
3. Datur Analysis, objectorum ex verbis præceptivis Mandatorum,
4. Quorum primum tria,
5. Secundum vero duo Membra principaliora in se continet.
6. Cùm igitur quodlibet Membrum speciali facto innitatur:
7. Ideo præmissis facto generali recententur suo ordine.
8. Factum primum, secundum, & tertium primi Mandati. *Quæ sequitur*
9. Expositio factorum quarti & quinti ex Mandato secundo.
10. His præmissis sistitur ordo tractationis in tota Relatione observandus.

Nimirum dividitur tota Tractatio in Quatuor Sectiones,  
hæ verò in diversa numero Membra.

SECTIO PRIMA.

MEMBRUM PRIMUM.

*De fundanda Jurisdictione hujus Augustissimi Judicii.*

1. Agit de Fundamento Jurisdictionis ante omnia inquirendo in thesi.
2. Quoad Hypothefin movetur dubium primum ex eo, quod Subditi agant contra Dominum.
3. Dubium secundum ex Privilegio Palatino prætenfæ Jurisdictionis Clientelaris in Vasallos quosvis etiam externos & immediatos.
4. Quod Privilegium à Supremis Imperii Judiciis *in Causis non Feudalibus* neutiquam,
5. Bene tamen *in Causis Feudalibus* attenditur.
6. Objecta Litis præsentis habent speciem Causarum Feudalium.
7. Intuitu quarum Jurisdictio Clientelaris non potest prorogari.
8. Neque tacite neque expresse.
9. Bene tamen cum Consensu Domini directi,
10. Qui vero non præsumitur.
11. Resolvitur hoc dubium, quod nempe Jurisdictio Clientelaris cesset etiam in Causis Feudalibus, ubi inter Vasallum & non talem, & de mero facto Possessionis, prout in substrato agitur.
12. Dubium tertium ratione Instantiæ Austragalæ, vel
13. Directorialis Equestris.
14. Resolvuntur etiam hæc Dubia &
15. Concluditur Augustissimi hujus Judicii Jurisdictionem sufficienter esse fundatam.

MEMBRUM SECUNDUM.

*De Legitimatione Partium, Insinuatione & reproductione Mandatorum ritè vel non ritè peracta & denique de reliquo ordine Processus observato.*

1. Legi-

Constitutus  
1. Legitimatione ante con  
2. Illa ex parte Imper  
3. Ex parte Imperator  
mo qui Mandat  
cum, nec cess  
Mandatum ab el  
4. Error in expedite  
Interfessionum ce  
5. Corrigitur per vo  
6. Quoad Minorum v  
An illius Censio  
7. Rationes pro Affir  
8. Rationes pro Neg  
9. Primi quod obje  
vel Familiam ces  
10. Secunda quod  
11. Tertis & Quar  
nuncians Liti  
12. Quintis quod m  
13. Sexta quod publi  
14. Septim quod hæ  
15. Resolvitur dubia  
16. De formi reproduc  
17. De partem submitt  
18. Manam quod hie  
SEC  
De tribu  
ME  
De Primo Objecto,  
Juris possendi o  
1. Quenam Actio inst  
2. Remedium Posses  
3. Et quidem præter  
ordmaria, Rem  
4. Præcepta commo  
5. Returatur dubia  
ritate, in Actis fa  
dicto unde vi  
6. Secundum ex D  
lud Remedium  
7. Concluditur quo  
tum sit.  
8. Quarta; An

1. Legitimitas ante omnia attendenda.
2. Illa ex parte Impetrantium nullo laborat defectu.
3. Ex parte Impetratorum vero ex duplici Capite dubia est, nimirum Primo quia Mandatum ab uno Interessentium Minorenni non est subscriptum, nec etiam in Mandato nominatus vel citatus fuit. Secundo quia Mandatum ab aliquo fuit revocatum.
4. Error in expeditione Mandati, quoad Nominationem & expressionem Interessentium commissus
5. Corrigitur per voluntariam comparitionem non Nominatorum.
6. Quoad Minorem vero omnino non nominatum nec citatum quaeritur: An illius Citatio & subscriptio Mandati deficiens vitiet Processum?
7. Rationes pro Affirmativa ex Jure Condominii desumptae.
8. Rationes pro Negativa ad quam Referens inclinat.
9. Prima quod objecta Litis Impetratos non quae singulos, sed universos vel Familiam concernant.
10. Secunda quod Jura de quibus agitur sint individua.
11. Tertia & Quarta quod agatur de appertinentiis Feudi, in quibus renuncians Liti non potest praedjudicare reliquis.
12. Quinta quod nihil intersit renunciantium agi vel non agi a reliquis.
13. Sexta quod publice intersit, quoad aliqua capita Processus, rem decidi.
14. Septima quod haec Actio tantum teneat Authores Spolii.
15. Resolvuntur dubia.
16. De formali reproductionis.
17. De partium submissione.
18. Monitum quoad formandum Rubrum Sententiae.

SECTIO SECUNDA.

*De tribus objectis Primi Mandati.*

MEMBRUM PRIMUM.

*De Primo Objecto, nempe jussa Restitutione Spoliatae Possessionis Juris pascendi oves, cum annexis Furibus, Emolumentis & omni Causa.*

1. Quanam Actio instituta?
2. Remedium Possessorium recuperandae videtur institutum;
3. Et quidem praeter Implorationem officii Judicis, quae in Mandatis est ordinaria, Remedium ex Canone redintegrandae Causae 3. quaest. 1.
4. Praecipua commoda hujus Remedii.
5. Refutantur dubia & quidem primum ex quadam declaratione a Communitate in Actis facta, quod Remedio recuperandae Possessionis ex Interdicto unde vi velit experiri.
6. Secundum ex Doctrina JurisConsultorum quorundam, quod Laicis illud Remedium non competat.
7. Concluditur quod iis non obstantibus Remedium ex dicto Canone institutum sit.
8. Quaeritur; An Possessorium cum Petitorio sit cumulatum?

LIIIIII

9. Re

9. Rationes pro affirmativa. Et quidem  
Prima ex verbis producti Extractus Catastri Equestris *seynd berechtiget, seynd schuldig.*
10. Secunda ex [4.] nempe Resolutione Dominorum de Anno 1713.
11. Rationes pro Negativa. Prima quòd dicta Documenta tantum pro colorandò Possessorio fuerint adducta.
12. Secunda quòd hoc factum etiam fit cum protestatione de se non intro-mittendis &c. cui protestationi omninò standum.
13. Resolutio Argumentorum pro Affirmativa.
14. Neque Clausula salutaris vim habet contra intentionem agentis Possessorium in Petitorium transformandi.
15. Sententia Referentis, quòd tantum possessorie agatur ex dicto Canone redintegrandi.
16. Quo Remedio etiam Subditi sine venia agere possunt contra Dominum. Sequitur
17. Quæstio: An Actio sit probata?
18. In Spolii Actione duo tantum probanda, nimirum Possessio tempore Spolii & quod spoliatus sit ab eo vel Mandato ejus, vel eo ratum habente qui convenitur.
19. In præsentì etiam probanda est qualitas Possessionis privativæ.  
*Quoad Primum Requisitum Possessionis ante dejectionem.*
20. Primum Argumentum Probatorium desumitur ex Catastro Equestri.
21. Contra Judicem vel Magistratum Spoliantem etiam Justitia Possessionis probanda est.
22. Dicitus Extractus Catastri saltem probat Possessionem antiquiorem.
23. Secundum Argumentum Probatorium ex Litteris Contractuum elocationis & oppignorationis.
24. Documenta sub [61.] & [62.] incidenter ab objecta suspitione falsi purgantur.
25. Dolus verus, qui ad falsum requiritur in substrato non est probatus.
26. Tertium Argumentum ex Impetratorum Confessione sub [38.] desumptum.
27. Quartum ex tali Confessione sub [4.]
28. Quinto docetur Possessio recentior per novissimas elocationes;
29. Quæ plenissime fundant intentionem communitatis Actricis.
30. Præcipuè, cum ab ipso Impetratorum officiali sint respectivè scripta & confirmata.
31. Vi ultimi horum Contractuum Communitas fuit in Possessione ante dejectionem.
32. Sextum Argumentum ex perceptione locarii & reliquorum Emolumentorum.
33. Septimum ex Testimonio vicinorum.
34. Octavum ex diversis Confessionibus Impetratorum.  
*Secundum Requisitum Actionis probatur.*
35. Per Possessionem juniorem Impetratorum. In specie
36. Per non negatam positionem craticum in suos Agros.

37. Nec excusatur per prætenfam solummodò participationem.
38. Etiam de parte dejiciens committit Spolium.
39. Parte Spoliata non restituta Spolium non potest dici esse restitutum.
40. Concluditur Actionem esse probatam.

*Ad Questionem an Actio sit elisa?*

41. Resolvuntur Objectiones sive Exceptiones & quidem Prima de silentio des *Massenbacher Lager-Buchs*, quoad Jus pascendi oves.
42. Secunda de fide *Catatri Equestris*.
43. Tertia den in dem *Massenbacher Lager-Buch der Herrschaft zugeschriebenen Hirten-Stub* betreffend, ubi de significatione hujus vocis.
44. Hæc exceptio pertinet ad Petitorium & est altioris indaginis.
45. von *Hirten-Stub* malè sumitur pro ipsa proprietate pascuorum, sed tantum
46. Denorat Jurisdictionem pastoritiam.
47. Quarta Objectio, quòd Communitas Jus pascui sine Titulo non possit possidere.
48. Thesis hæc omninò falsa perstringitur.
49. Quinta Objectio ex prætenso Jure Investituræ.
50. His Petitoriis Exceptionibus Impetrati ipsi non fidentes
51. Negant Spolium vel dejectionem à toto Jure pascendi oves &
52. Volunt tantum participare de usu cratium.
53. Argumenta quædam quæ secundum Requisitum Actionis nempè Spoliationem dubiam faciunt.
54. Resolvuntur.
55. Communitas ante Spoliationem solitariè possedit, ergo etiam solitariè restituenda est.
56. Argumenta Impetratorum pro retinenda parte Juris pascendi oves & Cratium.
57. Primum ex Doctrina Jctorum, quòd Dominus loci participet de pascuis publicis.
58. Secundum ex reservatione sub [4.] facta.
59. Tertium ex querela in Anno 1717. coram Commissione Cæsarea desuper mota.
60. Quartum quòd usus Cratium & pascui sit res meræ Facultatis.
61. Quintum quòd contra minores non currat præscriptio.
62. Judicium Referentis de hac prætenfæ participatione.
63. Partitio pro plenaria haberi nequit, donec etiam Pars Spoliata restituta sit.
64. Resolutio primi Impetratorum Argumenti.
65. Jus compascendi aliàs Domino loci competens in hypothesi videtur præscriptum.
66. Deinde etiam sedecim noctes stercorationis Dominis debitæ plusquam duplum portionis civicæ jam continent.
67. Saltem præscriptio apparens facit Titulum Impetratorum valde dubium,
68. Cum tamen Petitorium, ut absorbeat Possessorium clarum esse debeat.
69. Argumentum secundum refutatur per [38.]
70. Tertium magis firmat præscriptionem Communitatis.

71. Quartum resolvitur per id, quod post factam semel prohibitionem usus Servitutis non fit amplius res meræ facultatis.
72. Quinto Argumento obstat, quod præscriptio contra Majorem inchoata contra Minorem continuetur saltem tricennalis.
73. Conclusio, quod Jus impetratorum quoad participationem saltem dubium ad Petitorium sit remittendum, ad interim vero paritio plena, quoad Possessorium injungenda.

*Sequuntur aliqua Monita quoad Puncta quædam incidentia cum prioribus connexa.*

74. Primo: Monetur Attentata à Communitate expulsio conductoris & rentio fructuum illi pro stercoratione stipulorum, & quid de hoc statuendum.
75. Secundo: Monetur in puncto locagii à Conductore non præstiti Impetratis promptam Justitiæ administrationem esse injungendam.
76. Tertio: Quid statuendum sit de petita à Communitate confirmatione Contractus durante Lite cum novo conductore initi.

**M E M B R U M S E C U N D U M.**

*Primi Mandati.*

*De Possessione Juris pascendi Fumenta, nemlich das Rind, Zug und Druck Vieh in Silva Stockus-Wald dicta.*

1. Actio sive Condictio ex Canone redintegrandâ hic pariter videtur instituta.
2. Requisita hujus Actionis remissivè.
3. An primum, nempe Possessio ante dejectionem sit probata?
4. Primo Elogia testium illam affirmant, nec tamen probarent utpote eorum incompetente data, nisi
5. Secundo accederet præsumptio, quod pascua pertineant ad Communitatem potius quam ad Dominum Jurisdictionis.
6. Quæ etiam quoad Possessionem pugnat pro Communitate.
7. Tertio firmant præsumptionem die in Silva quæstionis befindliche Trisse und Vieh = Ställen.
8. Quinto accedit impetratorum Confessio sab [38.]
9. Quæ etiam fit ab impetratis per ipsas Exceptiones.
10. Possessionem Communitatis videatur obstat quotannis facta precatio pro assignatione certi districtus ad pascendum.
11. Resolvitur hoc dubium &
12. Concluditur, quod primum Requisitum Possessionis ante dejectionem sufficienter sit probatum.
13. Secundum Requisitum etiam nulli subjacet dubio.

*An Actio per Exceptiones non sit elisa?*

14. Primo opponuntur eadem Exceptiones ratione incapacitatis, defectus Tituli & clandestinæ Possessionis, quæ in priori Membro.
15. Reperuntur ergo etiam Resolutiones supra datæ remissivè.
16. Clandestina invasio non est præsumenda.



17. Secunda est exceptio precarii; quæ
18. Per emissas Ordinationes videtur firmata.
19. Sed his obstat qualitas Scripturæ privatae.
20. Saltem ex iis Petitorium non redditur ita clarum, ut Restitutionem Spolii impediat.
21. Ex jure ordinandi non inducitur precarium.
22. Exceptio precarii saltem valde dubia, ideoque in Restitutorio Spolii non attendenda est.
23. Tertia Exceptio de exigentia boni publici, ut pasturatio cesset in Silva quæstionis.
24. Quæritur an Causa vel necessitas sit talis, ut pasturatio in Silva possit & debeat restringi.
25. Contrarietas Testimoniorum in hoc puncto occurrens movet Referentem ad decernendam ocularem inspectionem Silvæ.
26. Eventualis Instructio Commissariorum cum Ordinatione provisionali.

MEMBRUM TERTIUM.

De Multis & Cautionibus exactis restituendis.

1. In quo consistant hæ Multæ & Cautiones restituere jussæ.
2. Quæstio præliminaris, an Communitati propter Multas Commembris suis extra objecta Litis dictatas competere possit Actio?
3. Dubium primum quod Communitatis non videatur interesse.
4. Secundum - - quod sit res mali exempli.
5. Tertium - - quod videatur esse res judicata.
6. Statuitur, quod in substrato Communitas agere possit.
7. Rationes quoad Multam dem Gemeinths = Anwald dictatam.
8. Rationes quoad Multas binis Molitoribus dictatas.
9. Refolvuntur Dubia. Et quidem primum quod Communitatis omnino inter sit.
10. Secundum per Motivum rancoris in hac Multatione se manifestantis.
11. Tertium per nullitates & excessus in ea commissas.
12. Ipsi etiam Multati vi subscripti Mandati agunt.

Queritur ergo.

13. Quenam Actio hic instituta? Et
14. Videtur quod vi Actionis Principalis has Multas persequatur communitas.
15. Melius vero dicitur, quod separata Actio nempe Imploratio officii Judicis fuerit instituta.
16. Quam etiam fundatam esse statuit referens.
17. Per Nullitates & exorbitantias in ea commissas.
18. Recensentur dictæ Nullitates in utroque casu commissæ.
19. Modus procedendi apud Impetratorum Judicium perversissimus & animadversione vel excitatione Fisci dignissimus.
20. Deprehensis ejusmodi Nullitatibus & iniquitatibus Camera Imperialis justè decernit Mandata contra Magistratum.
21. Exceptiones Imperatos magis gravant, quàm excusant.
22. Votum Referentis quod in hoc puncto paritorie sit pronuntiandum.

SECTIO TERTIA.  
MEMBRUM PRIMUM.

*De Possessione Juris Lignandi in Silva Stockig-Wald dicta  
prætensè Spoliata.*

1. De genere Actionis instituta.
2. Petitorium cum Possessorio videtur esse cumulatum.
3. Concluditur quòd etiam in hoc puncto tantum possessorie agatur & quidem etiam ex Canone redintegranda.

*An Actio probata?*

4. Primum Requisitum Actionis nempe Possessio probatur per ipsam Confessionem,
5. Et Documenta Impetratorum.
6. Secundum Requisitum nempe Spoliatio sive denegatio Lignorum ab initio facta ab Impetratis etiam non negatur, sed
7. Docetur facta Restitutio ante emanatum Mandatum.
8. An verò hæc, per oblationem Lignorum facta, sit sufficiens paritio? queritur.
9. Ratio dubitandi prima quòd oblatio restrictè facta non sit restitutio p̄na.
10. Ratio dubitandi secunda ex eo, quòd quantum oblatum sit excessivum.
11. Ratio dubitandi tertia quòd Ligna adhuc videantur adesse sufficientia.
12. Id quòd quarto confirmare videntur venditiones Lignorum ab Impetratis novissimè facta.
13. Ratio dubitandi quinta quòd restrictio portionum tantum in commodum Impetratorum sit intentionata.
14. Ratio dubitandi sexta quòd vi [23.] debeantur Subditis Ligna necessaria ex omnibus Silvis Massenbacensibus.
15. Referentis opinio, quòd paritio certo modo infrà limitando pro sufficienti sit habenda.
16. Ratio decidendi prima, quòd jam ante emanatum Mandatum plusquam sufficientes portiones Lignorum fuerint oblatae, & sic poenituerit Spoliantem, quòd in hac Actione sufficit.
17. Secùs si ex Lege 7<sup>ima</sup>. Cod. unde vi fuisset Actum.
18. Ratio decidendi secunda ex Quadrangulo 32. desumpta.
19. Ratio decidendi tertia, quòd Impetratis quâ Dominis Jurisdictionis Forestalis competat Jus ordinandi & modificandi.
20. Resolutio dubiorum, & quidem primi ex eo, quòd de prætenso reversu non constat.
21. Modus distribuendi Ligna ab Impetratis semper potuit mutari.
22. Et etiam ratione hujus modi Distribuendi non interest Communitatis.
23. Dubium secundum cessat quia Communitas quantitatem excedentem debuisse deprecari.
24. Numerus Civium accrescens non est sufficiens Causa restringendi illis Lignationem.

25. Dubium: An rever  
26. Et veritas hoc in  
27. Movet Restitutio  
struccionem  
28. Ad interim Com  
necessarius profi

M E M

De desistendo ab  
Juris lignand  
trantibus

1. De Actione in  
2. Videtur etiam in  
none redintegr  
3. Ratio in com  
4. Referens quod Pa  
Pactio sicut instit  
5. Possessionem vale p  
6. Ad hoc non suffic  
7. Nec aliter probat Doc  
8. Sed potest contrarium  
9. Agitur pro Dominis  
sibi [31.].  
10. Quod Petitorium  
ratione Juris cont  
11. Et quidem præcip  
12. Etiam non interest  
ex reliquis sua L  
13. Pro Dominis etia  
cessentur.  
14. Concluditur quod  
à Communitate

S E

De Attentione

M E

1. Retentum factu  
2. Attentione ante o

25. Dubium: An reverà adfit & à qua ex partibus fit causata penuria Ligni.
26. Et veritas hoc intuitu ex Actis non eruenda.
27. Movent Referentem inspectionem ocularem decernere & eo fine Instructionem Commissariorum subjungere.
28. Ad interim Communitati per Ordinationem provisionalem de Lignis necessariis prospiciendum.

## MEMBRUM SECUNDUM.

### Secundi Mandati.

*De desistendo ab omni devastatione Silvarum & in præjudicium Juris lignandi & cadendi Arbores ad ædificandum Impetrantibus competentis nihil innovando nec suscipiendo.*

1. De Actione in hoc puncto Instituta.
2. Videtur etiam in hoc puncto utpotè prioris accessorio conditio ex Canone redintegrandi instituta esse.
3. Ratio in contrarium, & putat
4. Referens quod Petitorium cum Possessorio cumulatam & conditio ex Pacto simul instituta sit.
5. Possessorium vult probari per immemoriam observantiam. Sed
6. Ad hoc non sufficit sola Allegatio Observantia.
7. Nec illam probat Documentum sub [34.] à parte Impetrante productum.
8. Sed potius contrarium.
9. Pugnat pro Dominis in Possessorio etiam Testimonium Subditorum sub [81.].
10. Quoad Petitorium res ex ipsis Documentis Subditorum pro Dominis ratione Juris conlignandi ad combustionem est clara.
11. Et quidem præcipue ex [32.]. Deinde
12. Etiam non interest Communitatis, an ex Silva quæstionis, an vero etiam ex reliquis sua Ligna accipiat, modo sint sufficientia.
13. Pro Dominis etiam pugnant alia Impetrantium Documenta quæ recensentur.
14. Concluditur quod Actio privativæ Lignationis in Silva Stodig = Wald à Communitate non sit probata.

## SECTIO QUARTA.

*De Attentatis Fructibus Damnis Expensis & ferenda Sententia.*

## MEMBRUM PRIMUM.

### De Attentatis.

1. Recensetur factum, quod querelæ Attentatorum Ansam præbuit.
2. Attentata ante omnia revocanda.

3. An

3. An in substrato Attentatum sit commissum.
4. Pro Affirmativa pugnat Litispententia & quod Spoliatus Spoliatorem suum absque delicto Attentati durante Lite à Possessione dejicere non possit.
5. Pro Negativa quam tenet Referens pugnat
6. Primo Confessio Impetratorum quod Communitatem non spoliaverint, sed in sua Possessione imperturbatam reliquerint.
7. Secundo quia manifestè constat de non Jure Impetratorum.
8. Tertio quòd Subditi assignationem Lignorum rogaverint & servitia præstiterint.
9. Quarto quòd Subditi Anno præcedenti consimilem cætionem fecerint absque eo ut desuper fuerit conquestum.
10. Concluditur querelam Attentati non esse fundatam.

## MEMBRUM SECUNDUM.

### *De Damnis Fructibus & Expensis.*

1. In Judicium Spolii veniunt etiam Fructus Damna & Expensæ.
2. Idem præcipitur sed diversimode per emanata Mandata.
3. Pro diversitate Judicandi, quoad diversa Litis objecta etiam de accessoriis diversimodè judicandum.
4. Opinio Referentis quoad Jus pascendi oves & ponendi Crates.
5. & 6. Quoad Damna in hoc puncto data & Expensas.
7. Cognitio de illis propter inseparabilitatem suspendenda, usque ad ulteriorem discussionem.
8. Idem dicendum de reliquis Litis objectis, usque dum decernenda Commissio suam præstiterit.
9. Quoad vendita Ligna nulla Communitati competit Actio, quod tamen
10. Cum limitatione intelligendum.

## MEMBRUM TERTIUM ET ULTIMUM.

*Continet Sententiam ex omnibus Conclusionibus præcedentibus formatam, atque hæc sunt contenta summaria totius Relationis.*



INDEX.

ABSO  
 Citations  
 A Citation  
 Vid. Rel  
 ACAI  
 Jus cas erigendi  
 921. ACC  
 Ab ea nobilitate  
 454. Non sollicit  
 larie præcavit  
 tuenti. 455.  
 ACTA  
 Jus retentionis  
 actis judicialibus  
 vid. Advocatus.  
 Actorum transmissi  
 Acta priora. Qu  
 ea submittere po  
 Eorum editio præc  
 non - devolutio  
 242.  
 In causis pauperu  
 mitti possunt. 4  
 obinet in aliis  
 Quando omissio re  
 tra 30. dies per  
 afficienda? 88.  
 Vid. Compulso  
 tiones decida